
Palat XXI 109

LATINI LATINII,
VITERBIENSIS,
BIBLIOTHECA
SACRA; ET PROFANA.


LATINVS LATINIVS VITERBIENSIS
RESPONSVRA TVO NVNQVAM EST PAR FAMA LABORI
Bussi delin.

585505

LATINI LATINII VITERBIENSIS,

BIBLIOTHECA SACRA, ET PROFANA.

SIVE

Obſeruationes, Correctiones, Coniecturæ, & Variȩ Lectiones.

IN SACROS, ET PROFANOS SCRIPTORES

E Marginalibus Notis Codicum Eiuſdem.

A DOMINICO MACRO MELITENSI

Cathedralis Viterbien. olim Canonico Theologo, Sacrarumque Inquiſit. & Indicis Congregat. Conſultore, Protonotario Apoſt. ac Comite Palatino Collectæ,

Et Nunc primum, è Bibliotheca Brancaccia in lucem Editæ.



BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI
R.B.B.

ROMAE,

Sumptibus PONTII BERNARDONI.

Via Parſonis ſub ſigno Virtutis.

M. DC. LXXVII.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO

D. IOANNI GVALTERIO
S L V S I O
SANCTISSIMI D. N.
INNOCENTII XI.
BREVIVM SECRETARIO:

FELICITATEM.

EA eſt Illuſtriſſime Domine eximiarum tuarum Virtutum, ac meritorum magnitudo, vt non modo omnem huius Aulæ, tum Infimorum, tum Summorum laudem promerita ſit, dum & ij in dies magis magiſque ſingularem tuam & re, & verbo, & exemplo probitatem, benignitatem, liberalitatem experiuntur, & illi acerba, qua doluere morte Præclariſſimi Patrui tui Gualterij, cuius traditionum acerrimus euaſiſti æmulator, leuati, ſummam prudentiam, ſapientiam, dexteritatem, ingenuitatem tuam ſingulis in rebus tàm publicis, quàm priuatis, tàm Sæcularibus, quàm Eccleſiaſticis per humaniter amplectuntur, & admirantur, ne audacter dicam, in operibus manuum tuarum gloriantur: Verum etiam cæteræ quæque Chriſtianæ Reipublicæ Regiones, apud quas iamdiù laudum tuarum præconia fama recenſuit, nunc operum, ac laborum aſſiduitatem expertæ vndèquaque deuotionis ergo nomini tuo æternitatis monumenta cumulant, eam præcipuè rationem reddentes, quod facta tua, & calamus tuus ad id hortantur, expoſcunt, trahunt, impellunt. Quapropter ego, vt aliquod humillimi obſequij, quo Dominationem tuam Illuſtriſſimam veneror, ſignum præbeam in tam communi omnium opinione, addita tot, tantorumque mole beneficiorum, quibus ſingularis me tua quotidiè deuincit humanitas, hic mearum non eſt virium, nec voluntatis omni prorſus dicendi facultate deſtitutus præcipua aliqua per te geſta in medium deducere, enim vero ſi primordia vitæ tuæ curricula tantum perluſtrare velim, in quibus ſingulari modeſtia, admirabili morum grauitate, ac ſuauitate, & inenarrabili cura, ac ſagacitate nihil leue, nihil inane, nihil vacuum die, noctuque animo peruoluens Auroram

tanti

tanti futuri luminis claritatem præſeferentem oſtendere cepiſti, quis eſſet modus, quæ verba, quis finis! quidquid dicerem, nihil dicerem, aliquid laudis haud addidiſſe, ſed decerpſiſſe viderer. Laudum tuarum partem aliquam commendare, & ſtagnantis Iſocratis ſuauitatis, & Græci Oratoris facundiæ, Romanæque eloquentiæ Parentis copiam defaticaret. Efficiam ipſe, quod Veteres illi ſapientes, qui dum Mineruæ Sacrum peragebant, Noctuas adhibebant, gratius fore auſpicantes nullam ob aliam meo iudicio cauſam, niſi quia hoc Animal erat Inſignia Athenarum, qua in Ciuitate longè magis, quàm in alijs Orbis Vrbibus hæc Dea colebatur. Tibi igitur æui noſtri Sapientiſſimo præſentē hanc Bibliothecam Sacram, ac Prophanam ſacro, quæ omni iure debetur, ſi enim Auctorē velimus inſpicere LATINVM LATINIVM Viterbienſem, hic anteacti ſæculi ſummis Vaticanis Principibus ob eruditionem ſuam acceptiſſimus fuit, cuius te hiſce noſtris temporibus vices longè præclariùs ſubire quis non videt? Athenæum, ex quo inſignia tanti Viri ſcripta inuiolabiliter hucuſque cuſtodita ad meas peruenere manus, eſt illud bo: mem: Cardinalis Franciſci Mariæ Brancaccij, cui non minus purpura, ac gentilitio ſtemmate, quàm omnibus probitatis, ac ſapientiæ numeris corruſcanti, Tu ob morum, ac aliarum dotium conformitatem præ omnibus, dum vixit, fuiſti in delicijs ità, vt etiam nunc è cælo fulgenti redimitum corona, quàm ſibi in hac Chriſtiana Palæſtra improbi longa laboris ſeries parauit, mihi ſubpudenti facilius videor videre moſtrantem iter, ac dicentem, quam ex meo litterario Armamento expurgatam opera Latinij Bibliothecam tuis hodiè ſumptibus è prælo gementem extraxiſti, omnigenarum eruditionum, ac materiarum animatæ, viuentique Bibliothecæ IOANNI GVALTERIO SLVSIO SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI INNOCENTII XI. FELICITER, OPTIMEQVE REGNANTIS BREVIVM SECRETARIO conuenit. Fac itaque ſummam enixè rogo humanitatem tuam, vt æquo animo hoc obſequentiſſimæ obſeruantiæ meæ monumentum accipias, & Neſtorios tibi precor Annos. Vale.

Romæ ſeptimo kal. Nouembris M.DC.LXXVI.

Dominationis Veſtræ Illuſtriſs. & Reuerendiſs.

Humillimus, & Addictiſsimus Seruus.

Pontius Bernardon.

INNO-

INNOCENTIVS PP. XI.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM. Cum ſicut dilectus filius Pontius Bernardon Bibliopola in alma Vrbe noſtra commorans Nobis nuper exponi fecit, ipſe quoſdam libros, vnum videlicet cui titulus Bibliotheca Sacra, & Profana Latini Latinij Viterbienſis, & alium, cui titulus Hierolexicon, ſiue Sacrum Dictionarium Authore Dominico Macro, ac reliquum, cui titulus Italia Sacra Abbatis Ferdinandi Vghellij cum nonnullis additionibus typis in alma Vrbe noſtra nouiter mandauerit, ſeu mandare, & in lucem edere proprijs expenſis intendat, vereatur autem, ne poſtquam in lucem prodierint alij, qui ex alieno labore lucrum quærunt libros præfatos iterùm imprimant, ſeu imprimi curent in ipſius exponentis præiudicium: Nos eius indemnitati ne ex impreſſione huiuſmodi aliquod diſpendium patiatur prouidere, illumque ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis Sententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequentes harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus eius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Pontio, vt durante decennio à primæua dictorum librorum impreſſione reſpectiuè computañ., dummodò tamen à dilecto filio Magiſtro Sacri Palatij Noſtri Apoſtolici priùs approbati fuerint, nemo tàm in Vrbe, quàm in reliquo Statu Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè Nobis ſubiecto libros præfatos, etiam ſub prætextu additionum neque additiones præfatas ſeparatim, ſinè ſpeciali dicti exponentis, aut ab eo cauſam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs impreſſos vendere, ſeu venales habere, aut proponere poſſit, & valeat auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus præſertim librorum Impreſſoribus, & Bibliopolis ſub quingentorum Ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum, & typorum omnium pro vna Cameræ Noſtræ Apoſtolicæ, & pro alia eidem exponenti, ac pro reliqua tertijs partibus Accuſatori, & Iudici exequenti, irremiſſibiliter applicañ., & eo ipſo abſque vlla declaratione incurreñ. pœnis, ne dicto Decennio durante libros prædictos, aut aliquam eorum partem, vel additiones præfatas ſeparatim tàm in Vrbe, quàm in reliquo Statu Eccleſiaſtico præfatis ſine huiuſmodi licentia imprimere, aut ab alijs impreſſos vendere, ſeu venales habere quoquomodo audeant, ſeu præſumant. Mandantes propterea dilectis filijs noſtris, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legatis, ſeu eorum Vicelegatis, aut Præſidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs Iuſtitiæ Miniſtris Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum Status noſtri Eccleſiaſtici præfati, quatenùs eidem exponenti, ſeu ab eo cauſam habentibus præfatis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes quandocumque ab eodem exponente fuerint requiſiti, pœnas præfatas contra quoſcunque inobedientes irremiſſibiliter exequantur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam in ipſis libris impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris Die 10. Octobris M.DC.LXXVI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Loco † Sigilli.

I.G. Sluſius.

Impri-

Imprimatur ſi videbitur Reu. P. Magiſtro S. P. A.

I. de Ang. Archiep. Vrbin. Viceſger.

MAndatis obſequens Reuerendiſs. P. Raymundi Capiſucci S. P. A. Magiſtri vidi, ac maximo cum fructu diligenter expendi Latini Latinij Viterbienſis Obſeruationes, Correctiones, Coniecturas, & Varias Lectiones in plurimos Scriptores tam Sacros, quam Prophanos; ex ijſque miratus ſum Authoris, laborioſam in tot voluminibus euoluendis enucleandiſque conſtantiam, ingenij ſolertis acumen, eximiam in ambiguis dexteritatem, ſolidam in decernendo prudentiam, ac præ cæteris admirandum veritatis amorem, quo vehementer incenſus, ſciens cum Platone eam ab opinionibus
Cic. lib. 4. acad. qu. c. 32. abductam, ac cum Democrito ab ipſa quoque natura in profundum relegatam; adeò vt eidem nullum locum apud nos relictum eſſe crediderit Cicero; tenuibus licet corpuſculi viribus inſtructus, infractus tamen, ac veritatis, ſtrenuus aſſertor, diligens indagator, cultorque pijſſimus; variorum Scriptorum iugi conſideratione præpoſita, conatus eſt eandem, in tenebris deliteſcentem ad amicam lucem reuocare, inter dumeta conſtrictam leniter explicare, lacunis ſubmerſam efuere, laceram ingenij vnguine delinire, mendacio contaminatam ſua aſſertione purgare, cæno fædatam litterario vultus ſudore detergere, ac corruptam integritati reſtituere. Qua in re verè ſe hominem monſtraſſe
Cic. lib. 1. off. c. 13. compertum eſt: cum *hominis ſit propriè veri inquiſitio, & indagatio; quodque verum ſimplex ſincerumque eſt, id ſit natura hominis aptiſſimum*; atque prudentiſſimum, ac ſapientiſſimum: nam *ſapientia, ac prudentia munus eſt proprium indagatio, & inueſtigatio veri: vt*
Cic. lib. 1. off. c. 15. 16. *enim quiſque maximè perſpicit, quid in re quaque veriſſimum ſit, quique & acutiſſimè, & celerrimè poteſt, & videre, & explicare rationem, is prudentiſſimus, & ſapientiſſimus ritè haberi ſolet.*

Quare hunc Latinij laborem: cum omne quod continet præceptis catholicæ fidei, ac bonis moribus conſonum ſit, digniſſimum crederem qui poſſit Typis mandari ad publicam Studioſorum vtilitatem ego Franciſcus Ptolemæus Patr. Sen. in Almæ Vrbis Archigymnaſio Primarius de manè Iuris Ciuilis Interpres. Romæ Kal. Iul. M.DC.LXXVI.

Imprimatur.

Fr. Raimundus Capiſuccus Ord. Præd. S. P. A. Mag.

AVCTO-

AVCTORES SACRI EXPVRGATI

in primo Tomo.

Ambroſius. pag. 130.
Arnobius. 95.
Arnobius alter. 98.
Athanaſius. 181.
Auguſtinus. 1.
Aurelius Prudentius. 93.
Bernardus Abbas. 187.
Concilia Generalia, & Prouincialia. 117.
Cyprianus cum notis Pamely. 174.
De Diuinis Officijs varij Scriptores. 129.
Epiphanius Epiſcopus Conſtantiæ. 112.
Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis. 166.
Euſebius Epiſcopus Emiſenus. 114.
Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis. 83.
Flauius Ioſephus. 188.
Gennadius. 191.
Gregorius Magnus. 145.
Gregorij Turoniſi Hiſtoria. 189.
Haymon Epiſcopus Halberſtatenſis. 166.
Hieronymi Epiſtola. 190.
Hilarius Epiſcopus Pictauorum. 38.
Honuphrius Panuinus de Stationibus. 188.
Ioannes Chryſoſtomus. 182.
Ioannes Tritbemius. 77.
Irenæus. 183.
Iuo Carnotenſis. 212.
Iuſtinus Philoſophus, & Martyr. 36.
Iuuencus Presbyter. 95.
Leo Papa. 74.
Lucifer Epiſcopus Caralitanus. 157.
Martyrologium Romanum cum notis Card. Barony. 167.
Maximus Epiſcopus Taurinenſis. 164.
Optatus Mileuitanus. 209.
Pacianus Epiſcopus Barcinonenſis. 165.
Paulinus Epiſcopus Nolanus. 89.
Petrus Chryſologus. 98.
Philaſtrius Epiſcopus Brixienſis. 37.
Saluianus Epiſcopus Maſſilienſis. 163.
Seuerus Sulpitius. 165.
Theodoretus Epiſcopus Cyri. 37.
Theophylactus Bulgarorum Archiepiſcopus græcæ fidei reſtitutus. 184.
Tertullianus poſt Pamelij notationes. 191.
Victor Vticenſis. 221.
Xyſtus Senenſis. 103.

DECLARATIO CHARACTERVM IN HOC OPERE.

A. Ambroſius.
M. Maximus.
G. Gratianus.
V.C. Vaticanus Codex.
P.C. Petrus Ciacconius.
O. Omnes Codices.
F.V. Fuluius Vrſinus.
G.P. Gonſaluus Pōcius.
O.P. Octauius Pacatus.
G.F. Gabriel Faernus.

F. C. ſeu Forb. Forbenij Codex Baſileæ 1550.
Aliàs, ideſt, alia lectio.
F. Fortè
v. Addendum
≤ Demendum
ꝺ: Suſpendendum, ſeu ſuſpicandum
N.E. Non eſt) talis Au-
N.V. Non vi-) thoris o-
detur) pus.

L. Latinus ipſe, & vbi nullum ſignum inuenitur, cenſetur coniectura Dom. Macri, qui Notis Latinij ab eo collectis; eius etiam adiunxit: cuius M. SS. Card. Brãcatio legauit. Sunt deniq; alia ſigna, quæ in ſuis proprijs locis declarantur.

AVCTORES PROFANI EXPVRGATI

in ſecundo Tomo.

Quorum paginarum notæ habentur ibi.

A. Hirtius, vel Oppius.
Athenaus.
C. Plinÿ Secundi Epiſtolæ.
C. Valerius Catullus.
Conſtantinus Cæſar de Agricultura.
C. Criſpus Saluſtius.
Carolus Sigonius de Antiquo Iure Ciuium Romanorum.
Cælius Apitius de Re Culinaria.
Decius Auſonius.
Diodorus Siculus.
Georgius Agricola.
Gulielmus Philandrus.
Iulÿ Cæſaris Commentaria.
Iulius Obſequens de Prodigÿs.
L. Apuleius.
L. Annæus Seneca.
L. Flori Epitome.
Lazari Bayſÿ Annotationes.
Macrobius Aurelius Theodoſius.
M. Manilius.
M. Terentius Varro.
M. Valerius Martialis.
M. Fabius Quintilianus.
M. Vitruuius Pollio.
Melchioris Guilandini Papyrus.
Nicolaus Gruchius de Comitÿs Romanorum.
Pedacius Dioſcorides cum Comm. Matthioli.
P. Ouidius Naſo.
P. Cornelius Tacitus.
Philoſtratus Lemnius de Vita Apollonÿ.
Polybius de Romanorum Militia.
Q. Horatius Flaccus cum Comment. Lambini.
Q. Aurelius Symmachus.
Robertus Titius.
Sex: Aurel. Victor de Viris Illuſtribus.
Suetonius Tranquillus de Illuſtribus Grammaticis.
Sextus Propertius Aurelius.
Silius Italicus.
Sextus Iulius Frontinus de Aquaductibus.
Titus Lucretius Carus.
Titus Liuius.
Valerius Maximus.

LATINI LATINII VITERBIENSIS

VITA

A DOMINICO MACRO, ex varijs ipſius Epiſtolis concinnata,

ET

A CAROLO eiuſdem Auctoris Fratre in Compendium redacta.

LATINVS LATINIVS Viterbij circa An: MDXIII. natus nobilibus magis, quàm fortunæ bonorum ditatis ortus natalibus; patrem Bernardinum Latinium, matrem verò Franciſcam Cloſiam habuit. Poſt primam ætatem, ad capeſſenda grauiora litterarum ſtudia, Senas ſe contulerat, quam Ciuitatem, ob vndecim annorum moram, ad inſtàr patriæ dilexerat, eiuſque Ciues vrbaniſſimos, ingenioque præditos, ac hoſpitibus, aduenisque beneficandis propenſos in iàm impreſſis eius epiſtolis ſummopere celebrat. * Cum autem in ea inclyta Academia Iuris ſcientiæ operam daret, ob continuam corporis imbecillitatem, contemplationem Aſtreæ æquilibrationum cùm propriæ valetudinis deſperatione coæquare minimè poſſe expertus fuiſſet: nè otiosè tamen interea tempus impenderet, excogitauit animum recreare ſimul, ac ſupra natalem conditionem latiali eloquentia ſe inſignire. Prodierant enim tunc diligentia Gryphij tulliana Opera cum doctiſſimis Petri Victorij in eiuſdem Epiſtolarum libros animaduerſionibus, quorum operum elegantia, adeo ineſcatus fuerat; vt aſſiduo exercitio, omnigenam ciceronianæ facundiæ imitationem eius calamus conſequtus ſit; quod eiuſdem lucubrationes recentèr impreſſæ ſatis demonſtrant: de quibus in epiſtola Dom. Auguſtini Fauoriti (noſtri temporis eruditionum ſpeciminis) ad Cardinalem Brancatium ſcripta * hæc habentur: *Legi nupèr Latini Latinij litteras, nunc primùm in lucem editas: ex quibus non ſolùm voluptatem cepi illam, quæ communis mihi eſt cum omnibus, quicunque elegantioribus hiſce ſtudijs deditis ſint; verùm etiam præcipuũ quendam fructum, ac propè ſingularem, quod exemplar tandem nactus ſim abſolutum,*

* Tom. 2. Epiſtolar. pag. 21.

* Extat in princ. to. 2. Epiſtolar. eiuſdem Latinij.

*. 2 *& quale*

& quale planè deſiderabam epiſtolarum &c. Ac circa finem : *Ceterum, ſi quid eſt, quod deſiderare fas ſit in hoc Opere, non ab re futura fuiſſe videtur deſcriptio aliqua morum, vitæque Latinij. Quamquàm hanc ipſe mirificè delineauit in ſuis litteris, in quibus ingenij illius amœnitatis variam, reconditamque doctrinam, ſingularem præterea pietatem, pari cum morum ſuauitate coniunctam videmus.* Igitur ſub Pauli Tertij Pontificatu, Romam venit; vbi ſub Iulio Tertio anno, nimirum, MDLIV. talari toga indutus, & clericali tonſura initiatus, ad ſacrarum rerum notitiam incubuit; longo deindè tempore ab epiſtolis Iacobo Cardinali Puteo ſeruiuit, à quo Commenda D. Benedicti Barienſis Monaſterij muneratus eſt, cui tamen ob infirmitatis impedimentum in legatione ad Tridentinam Synodum inſeruire nequiuerat, & licet poſtea aliquantulum valetudine confirmatus, eius Herũ Tridentum ad vj. Kal. Maias aſſequi parauerat; morte tamen eiuſdem Cardinalis ſequuta, ab inceptoitinere reuocatur, ac honeſtiori conditione in aula Rodulphi Pij Card. Carpenſis Sac. Coll. Decani recipitur, ſed hic poſt paucos menſes è vita ereptus, eiuſque bibliotheca Latino relicta; Medicorum conſilio ad recuperandas vires, diuturno morbo conſumptas in patrium cœlum ſe contulerat, vbi æſtiuo tempore mineralibus, calidiſque aquis vſus eſt. Romam poſtea reuerſus præclariſſimis conditionibus à non paucis Cardinalibus ad eorum ſeruitium inuitatur; nihilominus in famulatu Ranutij Card. Farneſij anno MDLXV. excipitur, cum quo Bononiam profectus; Viris eruditione eximijs ibidem innotuit, Vlyſſi præſertim Aldourando, qui ſuum *Naturæ Theatrum* ei, tanquàm in omni genere litteraturæ, ac ſpectandæ ſapientiæ Viro perluſtrandum communicauit, vt ipſemet Vlyſſes in quadam epiſtola, Camillo Palæotto directa, fatetur. Nec tamen ſpe ille fruſtratus fuerat; nàm lynceis Latini oculis, errorem in primis ad Prudentij carmen deprehendit, in quo non *Spes*, vt malè antea reperiebatur impreſſum; ſed *Seps*, ideſt, ſerpentis ſpecies legendum eſſe monuit, & ſic Poëtæ verſum reſtituerat. Ranutio verò defuncto, ab aula ſe per aliquos annos abdicauit: eum enim Magnates tanquàm tetrum mortis ominatorem Patronis auerſabantur; (vt ipſemet Antonio Auguſtino Amico ſuo ſcribit) tres nàmque Cardinales, quibus ſamulatus fuerat, fato functos amiſerat, ac proindè ad patrium tectum latitare cogitabat; ſed intra labyrinthum quarundam litium impeditus à Curia aufugere non valuit, quamquàm aliquali Cardinalis Sirleti beneuolentia, abſque tamen vlla ſpei firmitate retentus, quæ in promotione B. Pij ad Pontificatum, detruncata penitùs fuit. Tandem aliquando M. Antonius Card. Columna ei contiguam domum aſſignauit, ac in eius ſeruitute ab aula exempta recepit, eo namque fine, vt ſolius literariæ Reipub. vtilitati ſtuderet. Proh mira tanti Domini in alendis eruditis celebranda propenſitas! Quæ in noſtro ſæculo conſpicitur ſuſpiranda. Illa ſanè ampliſſima, & eſcatilis Columna ad arripiendum iter in tot marginales Græcorum, & Latinorum PP. aliorumque quàmplurimorũ in ſacris, & profanis litteris Scriptorum Obſeruationes Inſtrandas Latinium animauit, atque illorum Opera per Amanuenſium incuriam mendoſa; in priſtinum ſenſum reſtituta coniecturis, maximoque labore cum M.SS. & vetuſtiſſimis Codicibus collata fuere: vndè illud admirandũ occurrit, quod Codices poſt eius obitum impreſſi eaſdem prorſus admiſerint correctiones. Salernum cum Patrono diſceſſit; qua occaſione cum Alphonſo Salmerone Societatis Ieſu viro ſingulari doctrina, linguarumque cognitione ornato Neapoli arctiſſimam amicitiam inſtituit, qui Latinũ de difficillimis ſacrarum Scripturarum quæſtionibus diſſoluendis interrogauit, ab eoque eruditiſſimam epiſtolam recepit, in qua doctiſſimis coniecturis implicatiſſimos nodos de totius orbis deſcriptione facta à Cæſare Auguſto ſoluit. Romam reuerſus Ann. MDLXXIII. in Gratiani Decretorum immenſam ſyluam purgandam, ornandamque duorum Pontificum deinceps ſuccedentium ſtudio, curaque euocatus, in eam rem tredecim annos

in

inſumpſit cum alijs Conſultoribus ad id electis in Congregatione. In eo munere Collegas habuit M.Antonium Columnam, Vgonem Boncompagnum, qui aſſumptus ad Pontificatum vocatus eſt Greg.XIII. Alexandrum Sfortiam, Gulielmum Sirletum, Franciſcum Alciatum, Gabrielem Palæotum, Carolum Borromæum, qui in Sanctorum Catalogum aſcriptus eſt. Guidonem Ferrerium, Antonium Carafam, Cardinalem Senonenſem, Philippum Boncompagnum, omnes S. R. E. Cardinales. R.P. Generalem S. Franciſci Montaltum, qui à Pio V. intèr Cardinales connumeratus, dein creatus Pontifex, ac Sixtus V. vocatus, R.P. Generalem S.Anguſtini Chriſtophorum Patauinum. R.P.Mag. Sacri Palatij Paulum Conſtabilem. P. Lucatellum Bononienſem, qui creatus fuit Epiſcopus Regienſis in Aemilia, P. Ioſephum Ordinis S.Auguſtini Veronenſem, qui primùm Sacri Palatij Sacriſta, dein Epiſcopus Signienſis in Campania creatus. Franciſcum Torrem Hiſpanum, qui non multò poſt profeſſus eſt Societatem Ieſu, Marianum Victorium Reatinum, hic dein creatus eſt Epiſcopus Amerinus, Michaelem Thomaſium Hiſpanum aſſumptum poſtea ad Epiſcopatum Ilerdenſem, Hieronymum Pariſetum Regienſem, M. Antonium Cucchum Mediolanenſem, Cornelium vtriuſque Signaturæ Referendarium Luſitanum, Arnaldum Pontacum Gallum aſſumptum ad Epiſcopatum Baſſaſſeñ. Ioannem Rodricum Hiſpanum, Petrum Ciacconium Hiſpanum, Flaminium Nobilium Lucenſem, Ioannem Molinæum, Simonem Maiolum, Achillem Stratium, Ioannem Mariam Hiſpanum Secretariũ, Franciſcum Leonem Hiſpanum Secretarium, qui deindè Societatem Ieſu ingreſſus eſt. Poſt eos labores à Gregorio XIII. annua penſione centum quinquaginta ducatorum ex fructibus Cantoratus Eccleſiæ Siluenſis auctus fuit, cuius penſionis portionem publico inſtrumento in Ludouicum Caldorium ſororis ſuæ nepotem Clericum Amerinum tranſtulit, facultate ſibi indulta ex ſpeciali priuilegio ab eodem Pontifice, cuius verborum tenore ad cohoneſtandam tanti viri memoriam libet hùc afferre.

GREGORIVS ſeruus ſeruorum Dei Dilecto filio Latino Latinio Viterbienſi &c. Tibi, qui in Romana Curia per ſpatium quadraginta annorum, vel circa, vitam honeſtè egeris, & quatuor S.R.E. Cardinalibus in grauioribus negotijs inſeruieris, necnon in reſtituendis Sacrorum Patrum ſcriptis ſemper incubueris, & præſertim in Gratiani Decreto emendando inter alios non minimam operam per tredecim annos, vel circa nauaueris, & nunc in ijs, quæ occurrunt emendanda, & reſtituenda ſtrenuè labores. Nos volentes te, qui, vt accepimus, Dilecti Filij noſtri Marci Antonij tit.S.Petri ad vincula Presbyteri Cardinalis Columnæ nuncupati familiaris continuus commenſalis exiſtis &c.

In reſtituendo Tertulliano, eruditiſſimiſque coniecturis ornando integrum annum inſudauit imbecilla ſemper valetudine. Eas coniecturas ex Pontificis mandato, ac ſtudioſorum vtilitati poſt Pamelij lucubrationes typis excudendas curauit. In corrigendo Cypriano quantos labores ſuſceperit teſtis eſt ipſe Pamelius. Quo in munere vſus eſt vetuſtiſſimo codice ex Veronenſi Bibliotheca aducto, ac litteris capitalibus antè annos mille exarato. Multis igitur vigilijs, ac laboribus quamplurima collegerat ad illuſtranda loca aliqua obſcuriora. Parauerat etiam quaſdam Annotatiunculas, in quibus poſt varias codicum lectiones indicatas, quam ipſe maximè eſſet ſecutus ſignificabat; additus etiam ab eo fuit ſyncerus epiſtolarum liber, multa denique ſumma fide reſtituta fuerant; Sed quia contra ſcriptorum codicum fidem nonnulla retenta, aliqua addita, quàmplurima immutata conſiderabat; non eſt paſſus nomen ſuum à Manutio vllo modo in editione adſcribi, nè fidem ſuam vel leuiſſimè infirmaret. Ab omnibus illius æui Scriptoribus maxima in æſtimatione eſt habitus. Eum enim conſulebant ſuis epiſtolis Alphonſus Salmeronius, Franciſcus Toletus, & Franciſcus Turrianus ſapientiſſimi Societatis Ieſu triumuiri. Idem faciebant Gulielmus

Lin-

Lindanus,& Antonius Auguſtinus Epiſcopi,Paulus Manutius, Conſaluus à Ponce, Hieronymus Mercurialis, Fuluius Vrſinus, Andreas Maſius, Iacobus Pamelius, Petrus Ciacconius, alijque quamplurimi primi nominis Scriptores. Inter purpuratos verò Patres quanti Latinum fecerint Hoſius, Sirletus, & Baronius eorum ſcripta ſatis, ſuperque declarant, & præcipuè Baronius, qui in ſecunda editione ſuarum Notationum in Romanum Martyrologium multa ex Latini ſententia emendauit, eiuſque eccleſiaſticam eruditionem honorifico teſtimonio exornauit. Arctiſſima præ cæteris Amicis familiaritas intercedebat inter Latinium, & P. Octauium Pacatum ex Ordine Seruorum B. Virginis, de quo in ſingulis epiſtolis mentionem facit honeſtiſſimam, eumque Socrati comparat. Ingraueſcente iàm ætate, ac ferè ſemper in lecto decumbens faciliùs dictabat, quàm ſcribebat, & Amanuenſium opera vtebatur, nàm honeſtiſſimo publicè iuuandi ſtudio à laboribus, vigilijs, curiſque nunquàm pedem retulit, vt vitæ propriæ ſpeculum temporis prorogaretur. Id enim longiſſimæ vitæ ſemper prætulit, ſi plurimis induſtria ſua prodeſſe potuiſſet. Senio igitur confectus, amiſſis tùm corporis, tùm animi viribus, nouam opinionem *de Presbyte ro Pœnitentiario* typis excuſam publicæ vtilitati in lucem edidit, vt impeditiſſimum in Theologia nodum ipſe primus ſolueret. Et, quod maximè admirandum eſt, Latinius in vltimo ſuæ vitæ limine conſtitutus cum Hymnos Sacros, qui de more ad Horas Canonicas recitantur, conſideraſſet, offenſus, quod plurimi nulla metrica ratione cōſtarent, ſtatuerat ſuam operam in ijs purgandis, reformandiſq; impendere, ſed agnouit laborum ſuorum fœlicem aliquando exitum ſe non conſecuturum. Ea enim cantionis conſuetudo longiſſimi temporis curriculo confirmata, & Clericorum memoriæ mandata; tantillum mutari difficillimè poſſet. Conſilium nihilominus prorſus non abiecit; ſed ferialibus Hymnis medicas manus admouit, in quibus corrigendis, vt notaui in fragmentis chartarum, tremula manu exaratis, illorum mentem aſſecutus eſt, qui deindè iuſſu Vrbani Octaui eoſdem ſacros Hymnos fœliciter reſtituerunt. Multa compoſuit carmina, quibus meditandis ſæpiùs in nocturna vigilia moleſtum otium fallebat. Nouiſſima carmina ſtrato recumbens, ac morbo confectus Innocentio Nono inſcripſit, in quibus tanto Pontifici gratias agit pro munere benedictionis in extremo vitę termino ei miſſo, precaturque Pontificem, vt Eccleſiaſticam penſionem, quam ab eodem humaniſſimè obtinuerat, in ſuos domeſticos transferre poſſet. Huius Summi Paſtoris erga viros doctos propenſio, & amor ſingularis in Ampliſſimo Pronepote Cæſare Cardinali Fachenetto non deficiunt, quem omnes plurimi facere debent non tàm veſtium ſplendore eius egregijs virtutibus illuſtrato, & ſupra modum exornato, quàm eruditione, & pietate, ſingulariq; vitæ integritate, quibus Eccleſiæ Dei maximum adiumentum allatum iri ſperamus. Latinius igitur noſter quamuis oculorum viribus quotidiè deficeretur; tamen binas ſemper faces parabat, vt ſacris horis nocturnis eccleſiaſticum onus perſolueret. Diebus Dominicis, feſtiſque celebritatibus ad ſacram ædem ſe conferebat, vt Deo cultum exhiberet. Cæterum cōtinua corpuſculi debilitate domo pedem non efferebat. Quibus ſtudijs ab adoleſcentia aſſueuit, etiam ſenex, & inualidus ità oblectabatur, vt, quāquam ſaluti maximè nocerent, ab ijs auelli tamen minimè pateretur. Otioſus igitur nunquam fuit, licet continua malæ valetudinis afflictatione conſumptus, donec euocante Chriſto vitam hanc cum meliori commutaſſet, quod accidit die xxj. Ian. Ann. MDXCIII. ætatis ſuæ annum agens octogeſimum, ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Mariæ in Via Lata; eius Bibliothecam Capitulo Cathedralis Viterbien. legauit.

ILLV-

ILLVSTRIVM SCRIPTORVM ELOGIA
IN LATINVM LATINIVM.

Ex Codice Vaticano Num. 5855.

Latinus Latinius Viterbienſis vir magna eruditione prædirus Romæ Summ: Pontificum iuſſu in expurgandum Gratiani Decretum magnum ſtudium, operamq; contulit cum alijs conſultoribus in Congreg. ad id deputata, Præfectis Vercellenſe, Sirleto, Alciato, atque Antonio Caraſa Cardd. Veteres Patres pluribus in locis deprauatos emendare quantum coniectura, & iudicio valuit, conarus eſt, vt teſtes ſunt Tertullianus, & Cyprianus à Pamelio editi. In multis alijs Auctoribus reſtituendis, in tomis Conciliorum, in marginibus librorum multa notauit, quæ corrupta ipſorum verba non parum declarare videntur, ad verũ, & germanum ſenſum eliciendum; ſententias ſacræ Scripturæ ſuis quibuſq; locis aſſignat; inuicem auctores diuerſos allegat, ſimulq; concordat ad maiorem ſingulorum intelligentiam Libros autem omnes ſuos Canonicis, & Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Viterbien. Patriæ ornamento, ciuiumq; ſtudioſorum commoditati conſulens, donauit.

Octogenarius tandem viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt.

Cæſar. Card. Baronius in Notationibus Martyrologij Romani 15. Iunij B.

Sed cum ſecundam editionem noſtrarum Notationum meditarer, accidit vt de re tam ambigua agerem cum noſtro D. Latino viro inſigniter erudito, & in rebus eccleſiaſticis admodum verſato, quem eiuſmodi reperi ſententiæ.

Idem 18. Iulij G.

Sed Latinius noſter, qui in mendis illapſis cognoſcendis lynceos habet oculos, ſic iure putat locum eſſe reſtituendum.

Idem 12. Aprilis. G.

Opinatus eſt de cauſa Latinius noſter eundem Damianũ cognomento Magnum eſſe dictũ.

Antonius Auguſtinus in Antiquit. Rom. Dialog. XI.

Mihi Latinus Latinius Viterbienſis vir doctus, bonæque fidei.

Michael Mercatus tractatum integrum edidit conſiderationum ad obſeruationes Latini de Obeliſcis.

Vlyſſes Aldrouandus de Natura Sepis ad Camillum Paleottum Senatorem digniſſimum.

Quare mihi fuit gratiſſimum quod D. Latini Latinij emendationem mihi communicaueris, cuius ingenium in hoc plurimi facio, quoniam ipſum ſpectandæ eruditionis virum cognoſco; ſiquidem inter nos aliquando ſumus collocuti, eiuſq; ingenij acumen ex familiaribus colloquijs facilè perſpexi, quum vna cum Illuſtriſs. Card. S. Angeli Epiſcopo Bononienſi piæ mem. hic ageret, quo tempore meum Naturæ Theatrum perluſtrauit, quia rerum huiuſmodi naturalium cognitione, & ipſe plurimum delectabatur.

Conſaluus Ponce de Leon in Notis ad S. Epiphanij Phiſiologum. cap. 3.

Hæc dum videret Latinus Latinius vir eruditione, doctrina, ingenio præſtantiſsimus, Vri cornua vitis huius ramis implicari facilè poſſe, nos admonuit, iconemque demoſtrauit tortuoſis, & ſpiſsis valdè ramis. Sic omni genere litterarum excellit.

Gabriel Vaſquez in 3. par. S. Th. qu. 90. art. 1. dub. 3. num. 31.

Ad Chryſoſtomum verò variè etiam Doctores reſpondent. Latinus quidem Latinius nomine, cum ego eſſem Romæ, edidit tractatum breuem circa hiſtoriam Nectarij, vt ſupradixi, & non tantum hiſtoriam negauit, quod iam ſupra impugnaui; ſed etiam auctoritate Chryſoſtomi, Aſſerit enim vel illa opuſcula non eſſe Chryſoſtomi, vel à Nouatianis corrupta.

Honuphrius Panuinus de Primatu Pontificis Epiſt. ad Sixtum V.

Sed in primis Latinij familiaris mei diligentia in SS. Patrum lectione verſati ſui, quibuſq; Auctoribus, qui in priore libro citantur, vindicarentur, locique vndè ſententiæ ſumptæ ſunt, certiùs indicarentur.

Idem ad Lectorem.

Mirum non ſit primum dumtaxat librum huius operis vulgari. Solus enim iuſsis, & opera M. Antonij Cardinalis Columnæ, & lucubrationibus eruditiſsimi, religioſiſsimique viri Latini Latinij Viterbienſis pridem emendatus in lucem prodit hoc tempore.

Iuſtus Lipſius Cent. 2. Epiſt. 39.

Eſt ibidem Latinus Latinius, ſi tamen viuit, probatiſſimus Senum, quos ego noui, & omni litterarum instructus. Eum quoque à me ſaluta.

P. Pierius Valerianus de Sphera ad Cardinalem Alexandrum Farneſium.

Quare ijs, & ſalubriori doctrina illa, quæ eruditiſsimi Viterbienſis tui propria eſt.

P. Athanaſius Kircher Soc. Ieſu in Itinerario etruſco.

Latinus Latinius nulli litteratorũ ſui ſæculi ſecundus, celeberrimus Scriptor floruit an. 1590

Commendatur denique Latinus ab Antonio KotcKoëtio de pallio contra Salmaſium. Ab Andrea Schotto Soc. Ieſu de Somnio Scipionis, à Iacobo Grerſerio in vendicatione locorum Tertulliani, & à Pamelio in ſuis Notis in Tertullianum, & Cyprianum, vbi paſsim Latinij eruditionem admiratur, eiuſque coniecturas tamquam ſolidiores amplectitur. A Petro Victorio ſingularis eloquentiæ illius æui Scriptore celeberrimo. Et à Florauante Martinello in libro de Eccleſia S. Mariæ in Via Lata. Cuius titulus eſt *Trionfo della ſanta Croce.*

Romæ in Eccl. S. M. Viæ Latæ à ſe viuente Sepulcralis. Inſcriptio parata.

IN SPEM RESVRECTIONIS
VITERBIENSIS.
VLTIMVM GENTIS LATINÆ CAPVT
LATINVS HIC LATINIVS.
NOVISSIMVM AD DIEM IACET.

Ad eius effigiem in Biblioth. Capituli Viterb. Cathed.

Mortalem luci reuocat pictura LATINVM;
Sed non mortalem munera ſignificant.
Viuere dat cineres illa, ac monſtratur in iſtis
Nobilitas animi. Hinc fama ſuperſtes erit.

LATI-

LATINI LATINII VITERBIENSIS

Obſeruationes, correctiones, & coniecturæ in D. Auguſtinum.

Editio Veneta ad ſignum ſpei 1552. Tom. 1.

In Vita S. Auguſtini.

AD finem leguntur hæc verba. *Non erit magnus, magnum putans, quod cadunt ligna, & lapides*) Non erit magnum, quod cadunt ligna, & lapides. L.

Ex Libris Retractationum.

Lib. 1. cap. 3. Nec illud mihi placet, quod Pythagoræ philoſopho tantum laudis dedi, & qui hanc legit, vel audit poſſit putare * credidiſſe nullos errores in Pythagorica eſſe doctrina, cum ſint plures; iidemque capitales.) me. F.

Cap. 7. Vanitas vanitatum dixit Eccleſiaſtes: in multis quidem Codicibus legi; ſed hoc Græcus non habet. Habet autem Vanitas vanitantium, quod poſtea vidi, & inueni eos Latinis eſſe veriores, qui habent vanitantium, non vanitatum.) Noſtri Codices hodie omnes habent vanitas vanitatum, atque ita Græci quoque *ματαιότης ματαιοτήτων* L.

Cap. 14. Quamuis & illa, quæ immerito non voluntaria peccata dicuntur) non V. C.

Cap. 21. Vbi de gallo gallinacco ait. Hoc ipſa petra Eccleſia) vbi de galli cantu ait. Hoc ipſa petra Eccleſiæ. F.

Lib. 2. cap. 21. *Sed* potius implere præceptū) ſe. L.

Cap. 31. *Intermiſſa* ſunt mihi à Chartagine Eccleſiæ) Interim miſſæ. L.

Ex Libris Confeſſionum.

Lib. 1. cap. 7. Niſi vero & iſta innocentia eſt in fonte lactis vbertim manante, atque abundante *opulentiſſimum*) <. O.

Cap. 16. Fingebat hæc Homerus, & humana ad *eos* transferebat) Deos. L.

Ibid. Ad quem Deum, inquit, qui tēpla *Cælo ſummo* ſonitu concutit) Cœli ſumma. L.

Cap. 18. Vt qui illa *ſanorum* veterum placita teneat.) ſonorum. L.

Lib. 2. cap. 6. Nam & ſi quid illorum pomorum intrauit in os meum, condimentum *ibi* facinus erat) cibi. L.

Ibid. Et nunc Domine Deus meus quid me in *futuro* delectauerit) furto. L.

Ibid. Cuius poteſtati eripi, aut ſubtrahi quid poteſt, quando, aut vbi, aut quo, vel *à poteſt*) à quo poteſt. Edit. Venet. an. 1570.

Cap. 10. Quis *exaperit* iſtam tortuoſiſſimam, & implicatiſſimam nodoſitatem?) exequauerit. F.

Lib. 3. cap. 2. Hoc enim tu Domine Deus, qui animas amas, *alteque* purius quam) lateque. L.

Cap. 8. Audaces priuatis conciliationibus, aut *direptionibus*) diruptionibus. L.

Cap. 12. Nam & multa prætereo *propter* quod propero) propterea. L.

Lib. 4. cap. 2. Quid diſtaret inter coniugalis *plae di modum*) placiti nodum. L.

Cap. 3. Quia enim factus ei etam familiarior, *&* eius ſermonibus) < L.

Cap. 5. An & fletus res *amaro* eſt) amata. L.

Cap.6. *Et anteque* amittat eas) etiam antequam. L,

Cap.8. Niſi quia *fuderam in arenam* animam meam) funderam in arena. F.

Cap. 12. Ecce *vbi* eſt, vbi ſapit veritas) Ibi. L.

Ibid. *Sed* quantum eſt ad illud bonum eſt,& ſuaue) &. L.

Cap.14. Cum *idem* ipſi & vituperando, atq; ſpernendo ea ipſa narrent) ijdem. L.

Lib.6. cap.2. Vnde *indignationem* ſumeret nõ ponebat) libationem. F.

Ibid. Et vt quod poſſet daret agentibus) ∽ ;

Ibid. Et *ſi* communicatio Dominici corporis illic celebraretur) ſic. L.

Cap.3. Ne *adiutore* ſuſpenſo) auditore. L,

Cap.6. Quam de viſco tàm tenaci mortis *exuſti*.) eruiſti.

Cap.10. Hoc ſolo autem pœnè *ima* illectus erat ſtudio litterario) iàm ∽ ;

Cap.16. Poſt mortem reſtare animæ vitam, & *tractus* meritorum) actus ∽ ;

Lib.7.cap.17. Et perueniret ad id quod ▾ eſt in ictu trepidantis aſpectus) non. Aliàs

Cap.18. Per quem ſubdendos *deprimeret* à ſe ipſis.) dirimeret F,

Lib.8. cap.2. Quibus tunc tota ferè Romana Nobilitas inflata ſpirabat *populi vſiam*) Polytheiam, ideſt Deorum multitudinem, ita enim Epiphan, hær. 37. Tertull, ad Prax. plurimam diuinitatem dixit Iuſtinus Martyr in oratione ad gentes πολύθεον vocat & πολυθεότητα. Hic autem alij codices habent *Populi etiam*, vt facilis lapſus appareat. Vtitur ea voce Niceph. lib.10, cap.26.

Cap.6. Iſti autem nihilo mutati à priſtinis, fleuerunt ſe tamen, vt dicebar, atque illi congratulati ſunt) ∽ :

Cap.8. Hortulus quidam erat *hoſpitij* noſtri) hoſpitis. L.

Cap.10 De ſupplicio *liberioris* peccati, quia eram filius Adam) ∽ :

Lib.9. cap.4. Et tortuoſa mea *dixeris*) direxeris. L,

Cap.7. Et tandem reſpirans quantum *patet aura* in domo fenea) ∽ :

Lib.10.cap.4. Qui mecum es *&* priuſquam tecum ſim.) etiam . L.

Cap.6. Nec candorem lucis *ecce iſtis* amicti oculis) cœleſtis . L.

Cap.7 *Et* eſt eadem vis.) Quia. Aliàs.

Cap.8. *Ne* forte nos ſumus) En. L.

Cap.11. Vt denuo velut noua excogitanda ſint *in idem* iterum) Ibidem. L.

Cap.13. Et hoc memini, *alnterque* nunc video) aliter quam. L.

Cap.17. Quid igitur *tu* vera vita Deus meus) <.

Cap.31. Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à *voluptate* tua auertere) voluntate. F,

Cap.36. Sed vt inde ſit gaudium, quod non eſt gaudium? miſera vita eſt?) ſed vt inde ſit gaudium? quod non eſt gaudium, miſera vita eſt. L.

Ibid. Huic *amplius* placuit donum hominis, quam Dei) autem plus. L.

Cap.39. Aut etiam ſicut ex tua gratia; *ſed non ſua merita*) ∽ ;

Lib.12.cap.6. *Et* vt appareret inſolitum) <

Cap.11. Et hoc ſolum à te non eſt, quod non eſt *motuſque* voluntatis) motus, ſcilicet. L.

Cap. 17. Quid *ſibi* dicat alius) ſi. L,

Cap.28. Per tempora,& loca pulchras *narrationes* faciant) variationes. F. vel errationes. L.

Lib.13. cap.1. Et oblitum *tu* non oblitus es) tui. L,

Cap.8. Ex te oriantur veſtimenta veſtra) Videtur innuere locum Iſaiæ c, 58. ſecundum lectionem Tertulliani, & Cypriani, vt aperte facit ſerm 172. de temp.

Cap.37. Quemadmodum ſunt iſta opera tua *per nos*) propter nos. L,

Contra Academicos,

Lib.3.cap.18. velut adiutor, & *cuius* irrepſerat) ciuis. L,

De Ordine,

Lib.2. cap.11, Sed quoniam ſolent doctiſſimi viri quid inter rationale, & *irrationale* interſit) Rationabile. L.

Cap.14. Ad primum pertinere Tragœdos, vel Comœdos, vel choros *cuiuſcemodi*) cuiuſque modi, ſic infra lib.2, Soliloquior, cap.6. Vbi notandum eſt librarios vicinitate litterarum inter C. & Q. ſæpe alteram alterius loco poſuiſſe. L.

Ex Soliloquiorum Libris.

Lib.1, cap.10. Nam quanto augetur ſpes videndæ illius, *cui* vehementer æſtuo, pulchritudinis.) qua. F.

Cap.11. Vt honores illi, quos ante *poſſe* neceſſarios iam dediſti) <. L.

Ibid. Et ſi ad illa, quæ cupio, nonniſi per hæc mihi tranſitus *eatur*) datur. L.

Ibid. Vt malè olere omne cœnum, *non ſemper commoueri ſentias*) non ſemper; ſed cũ commoueri ſentias. ∽ :

Cap.14. Iam flere non duro) Iam durare flere ∽ :

Lib.2. cap.2. Quid ▾ ipſa veritas occidat) ſi. L.

Cap.9.

Cap.9. Quid omnis pictura, vel *cuiuſcemodi* ſimulacrum), cuiuſque modi. L.
Cap.12. *Ex* hoc non peræqi in omnibus) ſed. L.
Cap.14. An incœpta omittimus ▾ expectamus) & . L.
Cap.15. Hic vero dubitare *clementia* eſt) dementia. L.
Cap. vlt. Tum enim alterius, *atque* magnitudinis) æquæ. L.

De Magiſtro.

Cap.4. Num nihil diſtat inter hæc omnia *in* eas res) &
Ibid. *Nam* omnia ſigna tibi videntur aliud) Num. F.

De Quantitate Animæ.

Cap.3. Sed *ſolo* interroganti mihi reſpondeas) volo. F.
Cap.4. Imo *quidam* longè diuiniùs) quiddam. F.
Cap.5. Quj ergo fundus eſt, qui ſinus, quæ immenſitas, quæ *poſſidet* hæc capere) poſſet. F.
Cap. 7. Aut quidem his affecturus ſis) Aut quid ex his effecturus ſis. F.
Cap.9. Et linea lineæ contraria *non* ſit) ⋞
Cap.16. *Foris*, & in ſe ipſo totus teres) Fortis. L.
Ibid. *Campos* rationis ſit) compoſque L.
Cap. 19. Vel *quo tenue* vinum ſit) Quotenue. L.
Cap.22. Voluntas autem *vtrum* exhibet) nutum. L.
Ibid. At ſi creſcere animam putamus cum additur, viribus *minimi* putanda eſt) minui. L.
Ibid. Si iam *ibi* ſatisfactum eſt) tibi. L.
Cap.27. Ex quo *licet*, vt opinor,) liquet. L.
Cap.28 Tanto magis ſimiliorem hominem *decori* facit) pecori. L.
Ibid. Vt nihil aliud agerem, quam *reddere me, cui mihi*) redderem me mihi, cui. L.
Cap.33. Ac *molim num* multimoda miracula) molium. F.
Ibid. *Demetiendi* ſubtilitatem) Dimetiendi. L.
Ibid. Quid effectum erit cum fuerit ab omni tabe anima libera, maculiſque diluta, cum ſe denique in ſe ipſa lœtiſſimè tenet) Quod cum effectum erit, ideſt, cum fuerit, ſic aſſerunt Louanienſes in editione Antuerpienſi. quod ſi tenemus, neceſſario legendum videtur infra non *cum ſe denique*, ſed *Tunc ſe denique*, vt ſententia, & verborum ordo, & ſtructura conſtet. L.

De libero Arbitrio.

Lib.1.cap.10. Quamquam robuſtiſſima *tueatur* fide) teneatur. L.
Cap.13. Quj enim habet, & diligit voluntatem bonam, & *obſiſtit* cis) obſiſtit. F.
Lib.2.cap.4. Quo monet non videns & indicat ſe vtrumque ſentire) ⋞ nàm editio Veneta 1570. non habet coniunctionem *&*, quæ certè ſententiam ſuſpenſione perturbat.
Cap.9. Vnde nec ego de tua mente aliquid cerno, *vt* de mea) tu. L.
Cap.11. An alterum exiſtat ab altero, *vt* alterum in altero conſiſtat.) aut. L.
Cap.16. Ad quas referas *quaque* pulchra ſentis exterius) quæcunq; F.
Cap.18. Et certè nunc reſponde quæſo, quid tibi melius eſſe videatur in nobis ▾ *fine* quo rectè viui poteſt) Id ne. F.
Ibid. Sicut in ipſa etiam, quam tu commemoraſti, iuſtitia *rectè* ratio viget), recta. L.
Lib.3. cap.1. Sed neſcio an *vlla* culpa ſit.) nulla. L.
Ibid. Atque in noſtra *potius* poteſtate, neque *culpandus*) poſitus. L. laudandus.
Cap 6. Vt quod inuitus es, *afferatur*.) auferatur. F.
Cap.8. Si dixerit. Non erat *tam* difficile) tamen. L.
Cap.12. *Sic* eam non peccaturam præſcinit Deus) Sicut.
Ibid. Sine *nulla* eſt melior rerum ordinatio) vlla.
Ibid. *Et* tamen propter loquaces, vt infirmos) ⋞ F.
Cap.15. Nam & quæ redduntur *tralegando ei reddu tur, qui tralegauerat*) translegando ei redduntur, qui translegauerat.
Ibid. Si iuſtum, & prudentia *perfectum*) profectum.
Cap.16. *Deus* autem, ſi accepit) debet.
Ibid. *Quanto* & in ipſis eum laudabilem) Quando.
Cap.20. Aliquod in ſuo genere fieri *Deus*, ornamentumq; terrarum) decus. L.
Ibid. In iſtis autem ianua *miniſterij*) myſterij. Aliàs.
Cap.22. Nec vlla *vlterior* peccatorum cauſa quærenda) interior.
Cap.23. Maior quærela, & quaſi miſericors *depoma* ſolet) depromi. L.
Ibid. Quis *ergo* nouit) inquam. F.
Ibid. Et talium quæſtionum ▾ ſtudioſiſſimi examinatores) non.
Ibid. Reſtat vt aut officio ſuſceptæ ſint, aut irrogatæ ſupplicio) Ignorantia, & diffi-

cultas, aut officio ſuſcepta, aut irrogata ſupplicio. L.

De Vera Religione.

Cap.14. Et hoc quidem * manifeſtum eſt) adeo. G.
Cap.15 Ita enim nobis ſuadetur à corporis voluptatibus, & ad æternam) < V. C.

De Moribus Eccleſiæ Catholicæ.

Lib.1. cap.1.*Cuiuſcemodi* Eccleſia) cuiuſque modi. F.
Cap.3. Ita *fit* ſanè) ſit. L.
Cap 31. *Traditionem* tamen etiam ipſi reddunt vni) Rationem. F.
Lib.2. cap.1 Hoc enim intellecto, & *perfecto.*) perſpecto. L
Cap.2. Eorum ne qui quærunt vnde ſit, *quód* quid ſit ignorat) qui. L.
Cap.3. Non enim erit aliter ſummum bonum, ideſt, *enim* quo nihil eſt melius) < L.
Cap.16. Quid de fimo bubalo, qui eſt certè bouis *tarde* ſordidior) carne. L.

De Geneſi contra Manichæos.

Lib.1. cap.5. Qui feciſti mundum de materia informi) ∽:
Cap.8. Quouſque ad *argis* regulas perducatur) artis. L.
Cap.13. Cuius ſemen in ſe * ſecundum ſuam ſimilitudinem) eſt. L.
Ibid. Quis iuſſit naſci tantas herbas, vel ſpinoſas, vel *venoſas*) venenoſas. L.
Lib.2. cap.1. Et omnia viridia agri *tanquam* eſſent.) antequam. L.
Ibid. Hæc vocabitur mulier, quoniam de viro * ſumpta eſt) ſuo.
Cap.10. Vtique locos iſtos terrarum quamuis ſecundum hiſtoriam in terra inueniantur) ∽:
Ibid. Iuſtitia enim ad omnes partes animæ pertinet, quia *ipſe* ordo, & æquitas animæ eſt) ipſa. F.
Cap.11. *Adhuc* enim erat quo fieret) Ad hoc Aliàs.
Cap.21. Quo enim maiori *iuditio* potuit ſignificari mors) inditio. F.

Ex libro Epiſtolarum. Tom.2.

Epiſt.3. Modus autem ipſe dicendi, quo Sancta Scriptura contexitur, *quam* omnibus acceſſibilis.) quamquam. F.
Epiſt.5. Vt munera ederet, *veneratoreſq;* veſtiret) venatoreſq; L.
Epiſt.9. Si enim ad Scripturas Sanctas admiſſa fuerint *velut* officioſa mendacia) <.
Ibid. Cuius pondere contentioſæ falſitatis *obteratur* improbitas) ſubruatur.
Epiſt.19. Ac ſi aliquid in eis *offendo*) offendero. L
Ibid. Vt quantalibet ſanctitate, *doctrinaque* præpollent) doctrinaue. L
Ibid. *Quod* vel Timotheum circumcidit) Cum. L
Epiſt.23. Quando quod traxit *admiſſum eſt*) admiſſum. G
Ibid. Quod quidem non ea fide ad baptiſmum percipiendum paruulos *ferunt*) offerunt. G
Ibid. Vndè miror parentes in iſtis rebus fideliter * paruulo reſpondere) pro. G
Ibid. Nàm ille tunc adoleſcens, qui talia breuiter *volebat* audire) nolebat. F
Epiſt.28. Sed nunc quod dicitur animas nõ in (neſcio quo) fonte exiſtentes mittere.) Inter Hieronymi opera tom.4. ita hunc locum legimus. Sed nunc quod dicitur animas neſcio quo fonte iam exiſtentes non mittere.
Epiſt.31. Charitas Chriſti, quæ vrget nos etiam abſentes *licet* per vnitatem fidei alligat) < F.
Epiſt.32. *Ergo* neutrum poſſum) Ego. F
Ibid. Ne dum auidus hauris bona, & recta, quæ *data miniſtro*) dat à miniſtro. F
Ibid. Apud Deum *enim* meliorem) At enim Aliàs. Etenim. L
Epiſt.33. Quo paſcuntur oculi temporalium *expectatores*) ſpectatores. L
Epiſt.36. Pulchra quidem, *ſed* mira vagis præſentia rerum) ſeu. L
In Annot. Epiſt.38. Videtur Paulini) & Paulinum non ſatis refert, & ab Auguſtino in citandis ſacræ Scripturæ verbis non parũ diſſonat. L
Epiſt.38. Talibus *concepit te* ſeminibus, talique in vitam nouam connubio *procreat*) conceptus. F. procreatus. F
Epiſt.44. Quorum immanitatem, vel ſi hoc *maius* potentiam) mauis. L
Epiſt.48. Qui nobis occaſionem præbuit, *iamque* faciendi) viamque. F.
Ibid. Quorum ſchiſma in *Byzantio*, & in Tripoli exarſit) Bizacio. L
Ibid. Tale tunc erat tempus, de quo ſcripſit Hilarius) fortè innuit locum, qui eſt lib.7. de Trinit. poſt principium. *Eccleſia inter has periclitatur*, vel veriùs locum, qui in libro de Synodis cap.27.
Epiſt.49. Vt qui æternam noluit *haberi* peccati perfruitionem) habere. F.
Ibid. *Si* fortè opus erat tanquam ouo eoriũ) Niſi. L
Ibid. *Vix* moleſtum eſſet, non tamen mirũ) Vt. F

Ibid.

Ibid. Vaporem ventris, quo cibi *madeſcunt*, potuiſſe) miteſcunt. F

Epiſt.50. Verè hinc te apparet etiam *Dei* ipſa virtute militari) de. L

Ibid. Poteſt facillimè accipere de Eccleſia *Sitiuenſi*) Sitifenſi. L

Ibid. Tu niſi malo coactus rectè facere neſcis) Terentius Adelphis. Eſt quidem ipſa ſententia, ſed non verba; ait enim prima ſcena. Malo coactus, qui ſuum officium facit, dum id reſcitum iri credit, rantiſper cauet.

Ibid. Exundanti venæ puluis obſtruſus ſanguinem *obtinuit*) continuit. L

Epiſt.54. Quamuis ergo cautè, ſalubriterq; prouiſum ſit, vt locus *illius* humillimæ pœnitentiæ) illis. L

Ibid. Vbi quidem ſi aliquos ſuſtinet *repente* cruciatus) à repente. V.C

Ibid. *Ac non* potius ſubuertit, atque opprimit) ∽: Videtur aut abundare negotio, aut aliter legendus locus. L

Ibid. *Qui* vero contra ius ſocietatis humanæ furtis, rapinis, calumnijs, oppreſſionibus, inuaſionibus *abſtulerit*) Quæ. L. Abſtulerint. G.

Epiſt.55. Saltem *timeantur* annonæ) mereãtur. L.

Epiſt.56. Quam vt noſtro miniſterio, atque vt ita dixerim, ſatellitio *indurata*) indutæ. F.

Ibid. *Et* fruſtra etiam humeros conetur excutere) vt. L

Ibid. Tam *gaudium* imaginum corporum) grandium. L

Ibid. Vt tardiùs quam *poſſent*, tibi hæc mitterentur) popoſceras, vel poſceres. L.

Epiſt.64. Multas carnales *fœlicitates*, & ægritudines) fœditates. L

Ibid. In paucis gemit *conſiliorum* grauitate) conciliorum. ∽:

Epiſt.65. *Hinc* oro participem me facias) Hic. L.

Epiſt.66. *Adhuc* eos ad domum Dei tecũ) Adduc. L

Epiſt.67. Architheater etiam Dioſcorus) Archiater. L.

Epiſt.68. Qui ſi malum pro malo redderent etiam ſi contra legem facerent Chriſti *) Deſunt aliqua verba. Excuſari forte poſſent. L.

Epiſt.75. Tunc *quidem* ad terrorem viuentium) quippè. Aliàs.

Ibid. Sed ſi tibi *quam* iuſtè fiat, dominus reuelauit) quod. Aliàs.

Ibid. Ad eum non pertinere quis ambigit? * Quid de tot animabus) Quid dicam de coniuge? G.

Ibid. Vnde ſi fueris interrogatus *rect am ratio*nem non vales inuenire) reſponſionem rectam. G.

Epiſt.86. Sine vllo ſcrupulo, *vt* diſceptatione ſectare) aut. L

Epiſt.96. Quamuis ad nos *à noſtris quibuſdam* laicis ſint geſta perlata) Neſcio quibus ∽:

Ibid. *Quibus* ille auditum ſe crederet, & abſolutum) à quibus ∽:

Ibid. Quæ vtrum vera ſint dubitamus, quod ſub nulla *illius* perſecutione) vllius F.

Epiſt.99. In carcere concluſis ſpiritibus prędicauit *quid boni ſoli meruerint.*) Perplexa lectio, ita videtur extricatior reddi poſſe, ſi legatur. Duo boni ſoli meruerunt. Solos autem duos Abraham, & Lazarum. Clemens Alexander, Strom.lib.6. quæſtionem pœnè eandem tractauit. L.

Ibid. Vt eum Dominus in infernum veniſſet *illis* doloribus ſoluerentur) illi. O.

Ibid. Quid *is* ergo præſtiterit) ijs. L.

Ibid. Præſertim quia ne ipſos quidem inferos vſpiam ſcripturarum *locis* in bono appellatos potui reperire) < F.

Ibid. Iam vt arbitror *attendimur* forma verborum) attenditur. F

Ibid. *In illo vero*, quã propoſuiſti) Illa ergo. L

Ibid. Quid ſi factum * fuerit, poterunt illa verba vtroque modo intelligi) & F

Epiſt.100. Euigilauit, & ſomnium, vt fuit) euigilauit, atque ille, & ſomnium abfuit F

Epiſt.104. Quod autem quibus ſimul *ſcripſi*) ſcripſiſti. F

Epiſt.106. A quo ſibi *bona* ſunt omnia bona) donata. F

Ibid. Ne vel hoc * ſit in eo) non. F

Epiſt.109. Cogitate quid mali ſit, vt cum *Deo* natis in vnitate gaudeamus) de. F

Epiſt.110. Hipponenſium *regionum*) regiorum. F

Epiſt.111. Volo *Et* me doceat, ſi verum ſapit) vt. F

Epiſt.119. Eos enim *inculpat* qui dicunt) culpat: F

Ser. 97. Quia *feſtiuus* ante hac ſermo, vt communem temperaret laborem) feſtinus. L
Magnis ſudoribus offenſam non potuimus *non parare*) comparare. F
Ser. 101. Qui *tangit* in aquis ſuperiora eius) tegit. F
Ser. 103. Vt nec commixtio diſcreta confunderet, nec diſcretio reru *inſcindere*) ſcinderet. F
Vt ſol *germinata* luce amplificet claritatem diei) geminata. L
Quando ſe pauperem fames *voſtat*) vaſta. F
Ser. 105. Ne cœlum videant, ne *aſpera* ſapiant) ſupera, vel ſuperna. F
Dum cœleſtes ſenſus intelligētia terrena *prauoluit*) reuoluit. F
Ser. 10. Circumciſionibus ſuis nudabat *patrem* corporis) partem. F
Quæ pro tanta pinguedine ceſpitis Sancti *tota* cœleſti imbre) Fo ta F.
Ser. 109. Liberare ſtudet, laborat attollere, *expirare* contendit) expiare. F
Hinc Saul *tremens* regali vertice, dùm putat ſibi) tumens. F
Ser. 110. Iuſtis *eum, qui* credimus largiturum) quid aliud. F
Ser. 111. Tunc ipſa obſequia videntur *otioſa*.) odioſa. F
Ser. 112. Quibus v adiunges ſilentium, omnis æmulorum) ſi. F
Sicut fonti fluuius, *ſic* fructus ſemini, ita origini deſeruit) ſicut. F
Ser. 113. *Sicque* totus homo virtutum domicilium.) Sitque. L
Ser. 114. In verba eiuſdem. Peccauimus, quia non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia &c.) Vide quàm longè ab Apoſtoli vera lectione, & ſententia diſcedat. L
Vt *non* modo aliud impediatur ex alio) nullo. F
Quia bonis omnibus abſciſſus es ſupradictis) Quià. F

Qui

Qui poſſibilia ſibi, & vſitata præcipit *vt* repenſari) < F

Ser. 115. Et apoſtolicus vigor, tramite recto remoueri) à. F

Qui ergo per corpus Chriſti ab omni crimine exemptus eſt, & *eruditus*) erutus. F

Ser. 116. *Vt qui* ſibi iam, quod eſſet occiſus, quid prouideret iam mortuus?)Et quid. F

Ser. 117. Ego ſum primus *eſt* ſine initio) ideſt F

Si Deum ſic naſci *magnus* fatetur munere, fatetur dum adorat) Magus. L

Tales poterunt inueniri non manendo quod nati ſunt, & quod renati ſunt permanendo) Tales poterunt inueniri? Non manendo, quod nati ſunt, ſed quod renati ſunt permanendo. L

Fuerit neceſſitas quod de terra concreti *cœleſtia aſpirare*) cœleſtia ſpirare. F

Ser. 120. Non ſolum qui faciunt illa, ſed *&* cõſentiunt facientibus) qui. F

Ser. 121. *Quem* in horreis recondere ſuas ſtuduit facultates) Quam. L

Crudelem ſe credidit *cuiquam* ſi negaret)cuiquã F

Et ipſis cenſibus *compedibus* tantum pompæ immobile) compeditus. F

Nàm quod canes hoc ſtudio facere *curantum*) curarunt. F

Ser. 122. Toto vigore, & *debito* caperemus auditu) deuoto. F

Ser. 123. Vt quod ſententia negat, Eccleſia *mereamur*) mereatur. F

Ser. 124. *Et contra* pauper iacebat ipſe veſtitus in carne) E contra. F

Diues morabatur ſeruorum, choris) in. F

Fruſtrabatur diuiti ſontem animam) Locus corruptus, & mancus videtur. F

Ne vbi poſſit *ferre* diuitis crudelitas inueniret) ferire. F

Hinc eſt, quod differebatur cura pauperis v diues ſumeret) vt. F

Ser. 124. Quomodo ante diem iudicij diues cruciatus ſentiat gehennæ*) Deeſt aliquid. L

Sed dolor reuocat *ad dicendum*) adiciendo. F

Si eſt apparitor *iſte, qui* nos ad iſta rapiat poſt ſæculi labores) inſtans.qui. F

Ser. 125. Et in his præſiſtenti minatur pœnam) perſiſtenti. F

A damnatis ſententiam non refugi mortis *perſitor*) perditor. F

Ser. 127. Corda tremuerunt, caligauit viſus, intellectus *habuit*) hebuit. L

Aut quid conſtat in ſentibus humanis quando *perdidit* virtutum) perdit. L

Datur *inceſtus*, traditur adulteræ, addicitur ſaltatrici) inceſtæ. F

Ser. 128. Et ſicut virtutis eſt in acie, in conflictu pro *re* amore ſuccumbere) regis. F

Cœlum *ſuſcipiens* carnem deſpiciebat, & terram) ſuſpiciens. L

Ser. 129.) Hic Sermo nihil ſapitChryſologicũ.L

Turbæ erant malorum *expectantium* chori) ſpectantium. F

Ser. 130. Cura peruigili faciat perſecuram *ſolicitudo* labore) ſolicito. L

Ser. 131. Succidit hoſpitis in figura, & laſciuiatoris in mortem accepit) Succedit hoſpitis in figura, & laſſi viatoris in morem accipit.L

Vt ignotum ante *tantis* perfidis Chriſtum fidelibus notum) < F

Quantum viuificans mortuo, quantum *ſuſcitando* iuſcitato) ſuſcitans. L

Ser. 132. Aut aſperatur *ſenſibus*, aut agreſti luxuria dominante ſylueſcit) ſentibus. L

Qui nihil negat tàm paucis, quid in *conſilijs* & cõgregatione Sanctorum) concilijs. F

Ac toto virtutis gradu Dominicis incumbit hærere veſtigijs, *nec* eum curſus faciat) nè. F

Et *ſecutus*, *vt* deuotio perprobauit, quos metus improbauerat) ſecuta ſui. F

Ser. 135.) Longè abeſt à Chryſologi dictione. L

Ser. 136. Et fluenta putei ſui tota acquirit, atqi attrahit *libertate*) vbertate. L

Ser. 139. Septimus numerus per *ogdoadas* currẽs) hebdomadas. F

Ser. 141. Monita ergo per Angelum Virgo, nè præſumas hunc vocare filium) Nota, & ſanè interpretare. L

Quæ Deus iubet, fieri non poſſe *perſcribit*) praſcribit. F

Ser. 144. Verbum *Deus* intra ſe Virgo reperit) Deum. F

Qui *tota* iniuriarum genera non refugit, qui aſcẽdit crucem) tot. F

Veniet, vt quibus eſt gloria de regno *ſie* de familiaritate fiducia) ſit. L

Ser. 147. Mortem petit, requiem *credit*, ſi petiret) credidit. F

Ser. 149. Quem quidam D. Seueriani Epiſcopi putant, ſed falſo) Non temerè putant alium eſſe; nam Chryſologi nihil habere videtur.Lat.

Ser. 150. Chriſtus quod *fuiſſe* legitur quid dicemus? Fortè ſicut natum diximus) ſugiſſe. L. vt. L

Extorrem habitu, lingua, moribus barbarum *procuratur* exilium) procurat in. F

Inducit Angelus latentem peregrinationem) Indicit. F

Priuſquàm ſciat puer vocare patrem, aut matrem accipiet *&* virtutem) < F.

Chriſtus ſe in carne venturum, aſcenſurus per *ætatem* gradus) ætatum. L

Ser. 151. Vt ad deitatis latebras profana Ægyptus *conducatur*) condicatur. F

Quare tantis, quare talibus, ſummiſit iniurijs) ſe. F

Ser. 154. Et quia promittente Domino riſum *credidit*) edidit. F

Vere dati ſunt in reprobum ſenſum, & *non* eſt hoc iudicij diuini) < F

Ser. 156. *Crux* rex Iudæorum in præſepe iacet) Cur. F.

Ser. 157. Quæ concepta tempore diuerſo peperit tria *deitas* inſignia) deitatis. F

Vno,

Vino, eodemque die *magnorum* munere, *atque* mutatione) Magorum.L. aquæ . L

Ser. 158. Vitale magiſterium in ſuum *ſenſum*) cenſum . F

Ser. 159. Et nos ſicut illi Magi , qui ſunt fidei noſtræ duces , *crudelitatiſque* principes) credulitatiſque . L

Ser.160. Hodie Magus quid vbi videat *perfundo* ſtupore) profundo . L

Ser. 161. Docetur , & intelligat ſe *magiſtrum*) magiſtro . F

Nam denique hic relicturos approbat) Omnia. F

Ser. 162. Hæreditas mundana antè poſteris infert iurgia , quàm conferat *ſenſum*) cenſum . L

Ser. 163. Quis *ſic* ita inuidus bonis ſuis) ſit . F

Vt te tali examinatione redarguat , quam tanta *mutatione* non traxit) imitatione . F. vel imitatione .

Et perituro in craſtinum *germani* tantam *veſtibus* gloriam contuliſſe) germini. L. veſtium. F

Ser. 164. Præſtetur agricolæ *libera* , fiat facilis via vomeri) libera . F

Et iugi cultu *effectus* ad inopiam non reſpondit germini) effœtus . F

Vos enutrit , quorum tanto ardet , calet , æſtuat, anhelat affectu) Nos. F

Dùm de iſto Chriſti , & Eccleſiæ conſortio altera *hæres* ſcinditur) hæreſis . L

Ser. 165. Proiectum venerabilem virum *amabilibus* Pontificem conſecrare) amabiliùs . F

Ser.167. Et caro mea immutata eſt propter *miſericordiam*) δι' ἔλεον legit pro δι' ἔλαιον . L

Ser.168. Et caulas perdidit ſalutares, & totam lethalibus sauciata vulneribus) eſt . F

Ser.170. Hunc te vt aquila protegit pennis ſapientiæ , *&* cæleſtem) vt .

Imò & gentium , *&* impleatur Iſaiæ vaticinium) vt . F

Ser.174. Cur in diſco, cur prętiosè geſtas, quem *viriliter* occidis) vilitet . L

Variæ Lectiones , Correctiones , & Animaduerſiones in Bibliothecam Xyſti . Senenſis .

Editio Veneta 1566. apud Franciſcium .

In Præfatione .

Adimens à Cypriano dimidiam penè laborum partem) Hæc fortè non iniuria Cypriani Codicibus notata, cum Cypriani vetuſti Codices non habeant , & ſtilus fateatur . L

Chryſoſtomo vnius tomi dimidium) Plura poſtea Pariſienſis editio per Margarinum . L

Auguſtino libros , ſiuè opuſcula pluſquàm ſexaginta) Plura ſuſtulerunt Louanienſis Academię Theologi in poſtrema Auguſtini operum editione Plantini . L

Ex lib.1.Sect.1.Iob.Origenes cui etiam Rabbini Iudæorum aſſentiunt) Videnda cenſura in tres libros Origenis in Iob. nàm longiſſimè abeſſe videntur ab eo , vt Origenis cenſeri mereantur . L

Pſalterium . Deus iuditium tuum *regina*) Regida . L

Matthæus . Apud recentiores vero Latinos in octo capita) viginti . L

Sect.2. Eſther. Scripſit itaque Mardochæus omnia) Argumentum certum quantum ad Epiſtolas attinet; ad hiſtoriam vero nullius momenti videtur eſſe . L

Baruch. Quem Concilium Florentinum , & Tridentinum in Catalogo Canonico enumerant) Quin Patres omnes tàm Græci , quàm Latini veteres Hieremiæ nomine citant . L

Hiſtoria de ſudore Chriſti . Qui ab Athanaſio in ſexto de beatitudine filij Dei volumine enumeratur .) Infra in Catalogo hoc opus non recenſetur ; nec extat excuſum adhuc inter eius opera: immo extat inter libros VII. ad Theophylum de Vnitate Trinitatis ſextus in ordine, & Anathematiſmus octauus eſt . L.

Sect.3. lib.3. & 4. Eſdræ. Inter latinos , autem Auguſtinus hunc ipſum tertium librum vt Eſdrę Germanum agnoſcens ita in decimo octauo de Ciuit.) Cyprianus in epiſt. ad Pompeium contra epiſt.Steph. L. cap.36. L

Diuus Ambroſius etiam quartum librum putat) Non eſt Ambroſij.

Sic in libro de bono mortis , ſcribens) cap.x. L

Et infra addit quis vtique prior Eſdra) cap.XI.

Dubium non eſt Cyprianum hauſiſſe) ad Demetrianum .

Eſt apud Lactantium Firmianum lib. 4. cap. 18. citatus ex Eſdra locus) Ex quo autem libro ſumpta ſint verba nondum reperi. Lat.

Quam ſententiam quamuis Diuus Ambroſius in libro iam citato viſus ſit approbaſſe) Poterat hic conſultiùs tum libri Eſdræ , tum Ambroſij rationem habere , cum liber ante Chriſti reſurrectionem animas Sanctorum promptuarijs clauſas , non cœlo adhuc receptas ſcribat . Et quoad corpora ante iudicij diem nihil fœlicitatis habituras, Ambroſium interpretari oportuit . L

Appendix lib.Iob.Quam Origenes in epiſtola ad Iulium Africanum negat) Aduertendum Origenem in ea epiſtola non reijcere quicquam eorum, quę LXX. editio habeat: adducit autem aliquot loca ſcripturarum, inter quæ ſunt verba vxoris Iob , quæ hic recitantur , quæ à Iudæis dempta fuiſſe ex Sacris Scripturis probat ; atque ideo Eccleſiæ conſuetudinem omnino retinendam , quæ ea verba omnia agnoſcit , & recipit . L

Tempore vero multo *præeunte* dixit ei vxor ſua) elapſo . L

Accipiens ſpem ſalutis meæ . Ecce enim deletum eſt) Expectans. L

Et ego erratrix , & *cultrix* locum ex loco circumiens) .

miens) ſerua, mercenatia, ſamula. L

Sed dic *quoddam verbum ad* dominum, & morete) verbum aliquod contra. L

Notandum quoque videtur, quod Tertullianus lib. de patientia aſſerit Iob cum omnia bona duplicia recepiſſet; filios tamen minimè recuperaſſe; ſed ſuſtinuiſſe voluntariam orbitatem, ne ſine patientia viueret. Vndè colligitur extremi capitis vltimam partem non agnouiſſe, quod mirandum eſt. Lat.

Ex lib.2. Chaldæorum &c. Quos Hieronymus in epiſtola ad Hebræos ait) Quis iſte eſt Hieronymus in epiſtola ad Hebræos? cum nihil in eam aut ipſe ſcripſerit, aut alter einſdem Hieronymi nomine. Lat.

Fuit aliud apud Chaldæos diuinitus *infuſa ſapientia*) infuſæ ſapientiæ genus. F

Clemens &c. Ait enim Adriani II. ſententia approbatos) Non ita ſcripſit Gratianus; ſed ex eo quod Adrianus ſextam ſynodum cum ſuis canonibus recepit, videri eum recepiſſe canones 85. Apoſtolorum, quos ſexta ſynodus in ſuis canonibus receperat, & probarat. Lat.

Sed excepta, ac ſeparata *creatura* produxerit qualitas) creaturæ. L

Puto quod non te lateat *& lementis* huius in græco) Clementis. L

Et ſcholijs illuſtrauit Ioannes v Oſtunienſis Epiſcopus) Carolus Bouius. L.

Huius operis *recordantur* Clemens Alexandrinus) meminerunt. L

Henoc. &c. Hieronymus in primo libro aduerſus Iouinianum fortè ex memoriæ lapſu hanc tranſlationem tribuit non Enoc, ſed Enos) Multa collegiſſe temerè Xiſtum hunc facile deprehendet quiſquis ſingula diligenter expenderit. Quamquam enim fortè in Codices corruptos, & deprauatos incidit: potuit tamen ex Hieronymi verbis facilè colligere, de Henoc, at non de Enos eum ibi eſſe locutum. Nam verba Apoſtoli ad Hebræos, quæ ſunt cap. XI. ſecutum ſe ibi Hieronymus ſcribit. In quibus verbis nulla de Enos mentio, ſed de Henoc, qui translatus eſt, facta legitur. Lat.

Traditiones ſeniorum &c. Poſt hanc vitam actorum præmia, *pœniſque* rependi) pœnaſque. L

Ex lib.3. Aſteriſcus &c. Veluti in tranſlatione Hieronymi apud Oſeam) Hoc falſum eſſe Hieronymus in Com. Oſeæ oſtendit. Nam LXX. ita vertiſſe ſcribit. Ex Ægypto vocaui filios eius. L

Ex lib.4. Adamanus Presbyter) Vide ne hic ipſe auctor ſit librorum trium, qui de mirabilibus Sacræ Scripturæ inſcripti ſunt, & inter D. Auguſtini opera excuſi ſunt tom. 3. Nam & tempus conuenit, & locus, niſi fallit coniectura. Vide quæ ibi notaui. Lat.

Ambroſius Ansbertus &c. Claruit ſub Arnoldo Imp.) Arnulpho Imp. an. d. 890. Trithem.

Ambroſius Epiſcopus Mediolan. &c. Quod ego crediderim magis à Rufino confictum in odium Hieronymi.) Quæ ſcripſit Hieronymus non ſunt ſua verba, ſed Paulæ, & Euſtochij relata ab ipſo Hieronymo.

In omnes Pauli epiſtolas) Miror hunc ita ſtatuere; cum & doctrina, & dogmatibus, & ſtylo multum abſint ij commentarij ab eo, vt Ambroſio tribui poſſe videantur. Etſi nonnulla fortè ab eo mutuata ſunt. Vide quæ notaui initio eorum comm. L

Quæ opus oſtendunt non eſſe Ambroſij) Citatur quoque in eo cap. Hieronymus, & videtur auctor omnino rudis græcarum litterarum, vt cap. 6. in Bilibri tritici, & Trilibri ordei colliges. L

Anſelmus Laudunenſis &c. Gloſſam interliuearem appellauit) Vide quomodo hic ſibi conſtet, cum infra lib.6. cap. 255. eundem auctorem faciat gloſſæ ordinariæ.

Claruit ſub Henrico III. an. d. 1080.) Moritur an. d. 1109.

Apollinarius Antiquior &c. Quæ ſunt in vſu grata crederent) Quibus aſſueuerunt, cara haberent. L

Ariſtobolus Antiquior &c. Claruit olympiade 124. hoc eſt anno ante Chriſti aduentum 350.) Si Chriſtus an.3. olympiade 194. naſcitur, vt fatetur Euſeb. & alij. Certè numerus 350. redundans nimium eſt, cum in annum incidat 280. ante Chriſtum. L

Arnobius Afer &c. Palam arguit *aurem* magis, quàm cœlum) Auctorem. L

Nunc poſt ſeptem adiectus eſt, & *Octauus* inſcribitur) Octauius inſcribitur, opus Minutij Felicis nobilis cauſidici. L

Longè poſt alterum Arnobium fuiſſe) Immo poſt Pelagium, & Auguſtinum ſcripſit. Vide eum in expoſit. Pſalmi 90.

Claruit Arnobius ſub Diocletiano.) Ille, qui ſcripſit libros VII. contra gentes. Alter verò, cuius in pſalmos extant ſcripta poſtquam Imperatores Chriſtum amplexi ſunt, & poſt Auguſtinum, & Pelagium floruit, vt neceſſario ex eius ſcriptis collegi. L

Athanaſius &c. Totius diuinæ Scripturæ ſynopſis) Neque Hieronymus, neque Photius, neque Trithemius agnouerunt. Quamquam autem eius nomine circumferuntur, alicuius alterius Athanaſij fortaſſe cenſeri æquius, veriuſque eſt. L

Diceret ex v libro tanquam fonte quodam haurientes) eo. F. Oecumenius in cap.6. 1. ad Cor. adfert ex libro Athanaſij de venerandis nuptijs expoſitionem eorum verborum. Quodcunque peccatum fecerit homo extra corpus eſt; ſed qui fornicatur in corpus ſuum peccat. L

Aurelius Auguſtinus &c. De genere *dictorum* ſunt tractatus) dictatorum. L

Varij auctores collegerunt diuerſa in diuinas Scripturas) Eugippius Abbas libros duos Theſaurorum ex Auguſtini inſigniorbus ſententijs collegit, qui extant. L

Aure-

Aurelius Caſſiodorus. Claruit) Et hic multa prætermiſſa ſunt.

Aurelius Prudentius &c.) Quàm ieiunè tàm pauca collegerit neſcio, cum tamen obuia paſſim occurrant opera eius. L.

Beda venerabilis &c. Non eſſe ea, quæ Beda ipſe adunauit, ſed quæ Bartholomæus) Aut multa intercidiſſe Auguſtini opera non multo poſt Bartholomæi ætatem aſſerendum, aut Bartholomæi opera collectanea non fuiſſe: cum in eis nonnulla legamus, quæ iam ante perierant: quæ tamen Bedas videre, & colligere potuiſſe videtur, vt ex ijs, quæ à Gratiano ex Auguſtino ſæpè citantur veriſimile apparere poteſt. L

Sermones nonaginta, & octo, videlicet de Tempore ſeptuaginta, & de Sanctis octo, & quadraginta) Hic numerus ſecum pugnat, & apud Bedam ſunt numero 1 8. L

Diodorus Tarſenſis &c. Theodoretus lib. 6. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 3. ipſius mentionem facit ſic ſcribens) Theodoretus quinque tantum hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libros ſcripſit, in quorum nullo habentur verba hic citata. Diodori meminit lib. 4. cap. 25. & 27. lib. 5. cap. 4. Quare reſtituendus locus hic, nam verba Socratis ſunt hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 6. cap. 3.

Eucherius Lugdunenſis &c. Anno ab vrbe condita 1185. hoc eſt anno ab orbe redempto 427.) Scripſit eam epiſtolam an. 1185. ab vrbe condita, qui annus Chriſti erit 433. I.

Euſebius Cæſareæ Epiſcopus &c. Sine decepti ſimilitudine appellationis) An Hieronymum dices nominis ſimilitudine deceptum, qui epiſt. 65. ad Pammach. & Ocean. de erroribus Orig. vocat eum apertiſſimum propugnatorem impietatis Arij, & in Apologia contra Rufinum appellat Arianorum Principem. Theodoret. hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 5. & deinceps vſque ad 14 Niceph. lib. 9. cap. 13. Zonaras lib. 3. in Conſtantino Magno producit ex hiſtoria Euſebij loca quatuor, in quibus Arianiſmum ſapit. Athanaſius de Nicenæ Synodi decretis fatetur Euſebium temerè prius erraſſe, & contra veritatem pugnaſſe; tandem reſipuiſſe & per epiſtolam errorem ſuum declaraſſe, & damnaſſe. Quod tamen poſt Athanaſium non probatum multis legimus; ſed ſimulatum ab eo fraudulenter id, tandem aliquando deprehenſum cum Arianis ſemper ſenſiſſe. L

Euſebius Epiſcopus Emiſſenus) Homiliam in reſurrectione Domini primam, et ſecundam coniunctim legimus integras apud Hieronymum tom. 4. ſecundam etiam habemus inter homelias Maximi, & quæ quinta eſt de Paſcha habetur item inter Hieronymi opera tom. 4. & extat excuſa cum Rabano de Sacramento Euchariſtiæ inſcripta Euſebio Cæſarienſi. Prodierunt item homiliæ 56. ſub inſigni geminæ anchoræ 1547. quæ auctorem grauem, veterem, & eloquentem fatentur, ſed Latinum tamen natione Gallum, Patria Lugdunenſem, vitæ inſtituto Monachum, & Abbatem. L

Euthymius Zigabenus) Scripſit in pſalmos, & in quatuor Euangelia, & Panopliam contra hæreſes. L

Hilarius Epiſcopus Arelatenſis &c. moritur anno Domini 440.) Si moritur anno 440. certum eſt initio Pontificatus Leonis obijſſe, eo enim anno Leo creatus eſt. Quare quod opus heroico carmine ſcripſerit aut ipſo, quo obijt anno, aut ante Leonem ſcripſerit neceſſe eſt. Lat.

Itala vtriuſque teſtamenti translatio) De latina veteris teſtamenti translatione, vide eundem, lib. 8. Quam autem hic Italam appellat non ſatis videre poſſum, quæ ſit. Cum ante Hieronymi tempora Latina lingua vterentur Itali Lat.

Iuſtinus genere Samaritanus &c. Citantur Irenæus, & Origenes longe eo poſteriores) Non longè aliquanto tamen poſteriores. L

Origenes Adamantius &c Verba quoque illa vxoris Iob exponit) Si hoc argumento hunc poſterioris expoſitionis auctorem reijcis, non video cur prioris quoque auctorem eodem argumento, præter alia, reijciendum non putaueris. cum is longiſſima oratione eadem vxoris Iob verba explicet in extremo ſecundi libri. L

Et ab ipſo Origene cen apocrypha, & aſciticia reprobantur) Vide quæ ſupra notaui in Appendice libri Iob. nihil enim tale ſcripſit Origenes in ea epiſtola ad Iulium Africanum. Certe Xyſtus nimium dormitanter eam epiſtolam legit, & expendit. Cum omnino verba vxoris Iob, quæ omnes editiones, quibus Eccleſia vtebatur, præter Aquilæ Hebræi verſionem, habent, retinenda cenſuerit vt genuina, & germana. Hebræorum vero Canonem negligendum; cum conſtet multa multis ex locis dempſiſſe, vt ſeniorum ſcelera celarent, vt ex ea epiſtola colliges. Chryſoſtomus in 3. & 5. homilia agnoſcit, & exponit verba vxoris Iob tom. 1. Agnouit ante eum Baſilius homil. 23. Non adhærendum eſſe ſæcularibus. Lat.

Pantaleon Magnæ Dei Eccleſiæ Diaconus) Aliqui interpretati ſunt Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ; ſed tempus obſtare videtur, cum hunc anno 707. floruiſſe ſcribant: Conſtantinopolis autem anno 334. condita ſit Lat.

Procopius Gazæus &c. Qui nondùm Latinè verſi in Bibliotheca Marciana Venetorum ſeruantur) Editi ſunt Græcè, & Latinè an: domini 1580. Lat.

Seuerianus Gabalenſis Epiſcopus &c. Oecumenius in Commentarijs epiſtolæ primæ ad Corinth. *citat octo, & quinquaginta ſermonum ipſius volumina*) cap. 6. citat ex volumine quinquageſimo ſeptimo. ſer. 3. cap. 19. Chryſoſtomi ſententiam. Lat.

Symmachus tertius Scripturarum græcus inter-

pres &c. Iuxta quorum dogmata ſcripſit etiam in Euangelium Matthæi Commentaria) Suidas in Ὠρίγενες non Symmacho, ſed Ebionæis videtur tribuere commentaria in Matthæum. Nicephorus autem lib. 5. cap. 12. niſi fallit interpres, aſſerit Symmachum auctorem Commentariorum fuiſſe: quod tamen apud Euſebium, vnde ſumpſiſſe videtur, non ita ſcriptum legimus; ſed tantum Symmachi Commentaria etiam tum extare, in quibus ex teſtimonio Euangelij Matthæi ſuam hæreſim niſus ſit confirmare. Lat.

Ex lib. 5. Annot. 5. Et ita *ſubſiſterunt* ſplendores ſecundi) ſubſtiterunt. L

Poſtquam multa aduerſus Baſilium diſſeruit) Fieri quidem poteſt vt contra Baſilium diſſerat; eius tamen nomini ita pepercit, vt nunquam meminerit. Quare & hic taceri poterat. Lat.

Annot. 16. Quam ſententiam Ioannes Caluinus cap. 9. ſuarum *Inſtitutionem*) Inſtitutionum. L

Si vtique peccatis aduerſa v faciamus ?) Non. L

Annot. 17. Vide infra Annotatione nonageſima *tertia* libri huius) quinta. L

Annot. 20. Non omnino multiplicationem *pronuptialem* conſociatiônem ſignificat) per nuptialem. L

Poterat enim Deus hoc genus, & alio modo *multiplicaret*) multiplicare. L

Sed ſciens Deus præſcientia ſua omnia *ſciente* prius) ſciens. L

Annot. 23. Vt Hieronymus in traditionibus Hebraicis annotauit pro eo, quod in Hebraica veritate legitur) Immo ironicè Hieronymus hebræos taxat. L

Hunc locum eodem modo citant, & exponunt Philo, & Theodoretus) Cur Philo, & Theodoretus ſoli, cum Græci omnes, & Latini conſentiant? Lat.

Nam quod Moſes dixit, Deum in ſeptimo die compleuiſſe) Immo Moſes contrarium docuit Exod. cap. 20. vbi Scriptura ipſa teſte arguuntur hebræi, & LXX. vera ſcripſiſſe probantur. L

Annot. 35. Hæc Ambroſij verba ſunt, ex quibus tamen adduci non poſſum) Si obſeruaſſes ex Philone paſſim, & ex Origene hauſiſſe quamplurima non ita ſenſiſſes; præſertim niſus argumento Commentariorum in epiſtolas Pauli, qui nullo modo Ambroſij ſunt, aut eſſe poſſunt; quamquam eius temporis Scriptoris non ſpernendi cenſeri merito & poſſint, & debeant. Lat.

Annot. 46. Filium vero vtporè Patre minorem Deum dumtaxat appellari non Dominum) Quam vereor ne tu non modo Chryſoſtomi mentem, ſed & hæreticorum fraudem perperàm interpretatus fueris; cum Domini nomen Filio, per quem facta ſunt omnia Ariani ſemper tribuerint, Dei autem Filium tantum, non etiam Deum Filium fuiſſe contenderint. L.

Annot. 50. Intelligendum eſſe vult de adultis iuſtis) Addit & aliam rationem, quæ verior eſt: naturæ enim dixit, non hominis naturæ autem in Adam peccatum nocuit, qui natura pater omnium eſt. L

Quod quia Pelagianæ hæreſi v videtur) fauere F

Quæ penitus vllo vitio condita eſt) Quæ primitus ſine vllo vitio. L

Annot. 56. Peruerterunt ſenſum hebraicæ veritatis) Videtur nimis liberè, ne dicam temerè damnare, quod tot Patres Sanctiſſimi, atque doctiſſimi ſecuti, & venerati ſunt. Lat.

Ipſi Adæ, quæ ſcribunt ante Paradiſum à Deo collocatum) quem. L

Annot. 64. Et in Commentarijs Epiſtolæ ad Philippenſes) Non videntur iure Ambroſio tribui poſſe Commentarij in Epiſtolas Pauli, cum auctorem ignarum Græcę Linguę paſſim fateantur. Ambroſius vero doctiſſimus appareat. Lat.

Annot. 67. Parum conſonè verterunt ἐτῶν καὶ) ἔτεσιν καὶ. L

Quos vixerunt viri illuſtres ab Adam vſque ad diluuium) At non hęc differentia annorum totius cuiuſque vitæ poſt prolem genitam magnum diſcrimen affert ad ſummam annorum mundi, vel ad eam tantum, quæ ab Adam ad diluuium colligitur; ſed ea ratio diſcriminis cauſa eſt, quod in hac ſerie ab Adam ad Noe multi referuntur à LXX. interpretibus filios genuiſſe; cum plures annos nati eſſent, quàm Hebræi prodant. Id enim annorum numerum auget. Cęterum in enumerandis quot quique annis vixerint penè ſemper Hebræi cum LXX. conueniunt. Lat.

Seth poſt genitum Enos vixit annos) Seth ante genitum Enos vixit iuxta LXX annos 205. iuxta Hebræos vero 105. ita ut in ſumma annorum vitæ conueniant. L

Emerſerunt ex hac deprauata LXX. interpretum enumeratione duo errores) Vide ne præceps nimium ſit modo hoc tuum iudicium. Nam ex vulgata editione, & ex Ioſepho colliges quo anno diluuium accidit Mathuſalem diem obijſſe. Nam ſi 187. vitæ ſuæ anno genuit Lamech, vt vulgata, Ioſephus, & LXX. habent; relinquitur vitæ Mathuſalem ſpatium annorum 782. ex quibus ſi demas annos 182. Lamech ante ortum Noë, & ipſius Noë 600. efficientur anni 782. quos vixit Mathuſalem poſt ortum Lamech. Quare non ſtatim indicta cauſa damnandi ſunt LXX. aut Hieronymi ſententia, niſi prius cognita cauſa probanda. Quin etiam ſi Hieronymum ipſum ſequi volumus in eo, in quo cum LXX. conuenit, non cum vulgata; ante diluuium annó ſexto mortuum Mathuſalem confiteri cogemur. Nam vbi vulgata editio habet. Vixit autem Lamech 182. annis. LXX. habent 188. & totidem etiam Hieronymus ibidem annos ei tribuit. Si ergo anni 188. coniungantur cum

annis

annis 600. Noë ſumma erit annorum 788 poſt ortum autem Lamech ſuperſtes fuit Mathuſalem annis 782. Ergo ſexennio ante diluuium Mathuſalem iam vita exceſſerat. Lat.

3952. Hieronymus, & Beda) 3941. L

3974. Theophilus ad Autolicum) 5518. L

4697. Caſſiodorus) 5181. In meo libro. L

5049. Paulus Oroſius) 5599. in meo Codice. L

5600. Suidas.) Abundant anni 280.

5800. Lactantius.) Vbi eum numerum Lactantius definiat non inueni. Tantum legibus ab eo affirmatum non dum ſex annorum millia fuxiſſe. Ita lib. 7. c. 14. Et in Epitome c 7.

6984. Alphonſus Rex Hiſpaniæ) 6384. L

Annot. 88. Atque hic idem error irrepſit in genealogia Seruatoris) Non ferenda temeritas, vel impietas veriùs. L

Quod ſanè vehementer Hieronymus admirans) Hæc verba apud Hieronymum non reperi, ſed apud Bedam in prologo, ſiue Epiſtola ante Comment. in Acta Apoſtolorum. L

Vt Spiritus Sanctus occulta aliqua ratione Moyſis mentem permouerit) Cur Moyſi adſcribitur veritatis occultatio potius quàm Hebraicæ vel malitiæ, vel ignorantiæ; cum Lucæ, cum Lxx. concors fides, & teſtimonium Sacro-ſanctum præferri omnino debeat Hebraicæ, quam multi temerè appellant, veritati? Iudæi vt fidem Septuaginta furtim ſubruerent, & eleuarent in ijs, quæ nihil ad ipſos conuinciendos pertinent, fraudulenter aliqua mutarunt, & ſubtraxerunt vt in alijs ſibi locum pararent, eis detrahendi, & confutandi. Lat.

Annot. 107. Hieronymus quoque huic Origenico dogmati acceſſiſſe videtur) At idem Hieronymus lib. 1. contra Pelagianos videtur aliter ſentire, vt Petrus ſcilicet in ea re peccauerit. tom. 2. Lat

Quia, iuxta diuinam prouidentiam, quæ illum ad primogenituram) prius ab Eſau primogenituræ iura emerat. &c. L

Inter has recenſeri poſſunt fictiones Moſis Ægyptum exſpoliantis) At hoc non fuit Moſis fictio, ſed præceptum Dei. L

Petri ſe comedere ſimulantis, & Pauli ficta obiurgatione) Hoc non video ſalua ſcripturæ fide poſſe in eam claſſem referri. Cum Sacræ Scripturæ periculo omnino fieret. L

Annot. 109. Hieronymum reprehendit Franciſcus Georgius tom. 1. prob. 215.) At cur non potius ſeptuaginta Interpretes vir audax reprehendit? qui duces fuerunt Hieronymo & alijs ita vertendi. Ignorauit Georgius quæ letifera alicubi oriuntur, ea innoxia alibi naſci: Diſcat igitur Patribus, & Doctoribus deferre, nec ſtatim quod ignoret accuſet. Lege tu Auguſtinum lib. 22. c. 56. contra Fauſtum Manichæum, vbi poma, & pulchra, & odoris ſuauis eſſe experientia doctus aſſeruit, inſipidi tamen ſaporis, non venenati, vt ſomniauit Georgius iſte. Lat.

Annot. 116. Quod Hieronymus non conſiderata veritate Hebraica) Immo ea veritate ductũ ſe ſcribit ita ſenſiſſe contrà Iouinian. lib. 2. to. 2. L

Annot. 137. Hæc Gregorius ſecurus, nimirum *Auguſtini* decretum) Fulgentij is liber eſt. L

Qui ſolum *habuit* originale peccatum) habent. L

Putat Auguſtinum in hac parte ex multiloquio erraſſe) Vide quò nos perducat multa ſcribẽdi immoderata cupiditas. Vt Gennadius de Auguſtino quod ſenſit, verum maximè fuiſſe fateamur. Quis indicauit Xyſto ad hanc priuatim quæſtionem tantum verba Gennadij pertinere? Quod hic nimium ſecurus, ne dicam valde imprudenter, impudenterque aſſerit? Cum contra ſcribat Proſper. Nec vnquam hunc ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem rumor aſperſit: & in Concilio Toletano 8. cap. 2. tom. 2. encomium longiſſimum habeatur. L

Annot. 149. Hilarium taxat Hieronymus in principio) Neque Hieronymi verba hoc aſſerunt Hilarium in expoſitione eius verſiculi id ſcripſiſſe, cum ſcribat tantùm in expoſitione cuiuſdam pſalmi, & alioqui, quæ ſcripſit Hieronymus apud Hilarium non habeantur. Cum ingenuè fateatur Bereſith apud Hebræos ſcriptum eſſe, quod tres ſignificantias habet, id eſt. In principio. In capite, In filio: & Lxx. tamen. In principio tranſtuliſſe, cum alij diuerſis modis tranſtulerint. Quare neque ex Hieronymo neque ex te quicquam aſſertur certi contra Hilarium.

Videtur in hoc *Hilarium fuiſſe deceptum* auctoritate Tertulliani) Hilarius fuiſſe deceptus. L. Neque Tertullianus, vt arbitror ita quicquam aut ſenſit, aut ſcripſit, niſi ex aliorum fortè, nõ ſua ſententia. L

Annot. 156. Atqui manifeſtum eſt ex ſequentibus verbis) At manifeſtum quoque eſt hæc, quę addis eſſe Eraſmi ibidem. L

Annot. 164. Protulit hunc locum Ioannes Oecolampadius) Si diligenter expendatur locus Prouerb. cap. 9. ad quem ſcriptoris verba referuntur, nihil habuit Oecolampadius, quod ſibi ſuffragari in ijs poſſe putaret; nec tibi neceſſe erat aliundè petere, quod ex verbis citatis colligi facilè poterat. L

Annot. 166. Cauſa 26. *quæſtiones* ſcribitur) quæſt. V. C. ſortes. L

Annot. 175. Sed ſoluit peccata *propter* confuſionem) præter. F

Conſtantinopolitano Epiſcopo prædeceſſore ſuo ob matronam *à Diacono ſub confeſſionis prætextu in templo compreſſam*) quæ orandi cauſa ex præcepto Pœnitentiarij Presbyteri Eccleſiam frequentabat, in templo à Diacono compreſſam. Lat.

Quoniam omnino non peccare &c. vſque ad finẽ) Hæc omnia perperam intellecta, & peſſimè Latinè reddita ſunt ab interprete, quod miror Xiſtum non vidiſſe. Vide Niceph. lib. 12. cap. 28.

& Sozomenum lib. 7. cap. 16. Sed conſule Græca exemplaria; nam verſio in Tripart. Hiſt. & poſtrema quoque Chriſtophorſoni non ſunt ita fideles in omnibus, vt rem ipſam claram faciant. Lat.

Annot. 186. Claudianus Viennæ Epiſcopus) Franciſcus Petrarcha in Apologia contra Gallum tom. 2. Lugdunenſem Presbyterum fecit. L

Annot. 195. Reſpondet Apoſtolus. Quis enim *ſe* diſcernit?) te L

Annot. 218. Hoc ipſum retractauit lib. 2. retractationum *cap. 3*) cap. 4.

Ieſus filius Syrach *non ita conſtare) ſcripſerit. L

Annot. 220. Quare Lxx. tam perſpicuã de Chriſto prophetiam in græcum noluerint vertere) Cur non hic, vt alibi lectio Lxx. manca, & à Iudæis decurtata iudicanda potius eſt?

Annot. 223. Atqui nunc in vulgata Græcorum editione, quæ Lxx. creditur eſſe palàm extant) Si legiſſes Ambr. lib. 3. cap. 1. in Lucam non ita certo aſſeruiſſes iſta. Nam & Vaticanæ bibliothecæ liber non habet præter ea, quæ Hieronymus, & Ambroſius ſcribunt: alia verò Aquilæ ſunt Lat.

Annot. 224. Neque enim Angelorum anima ſubiacet paſtori) Vide Aug. lib. de Catechiz. rud. c. 18. iuncto cap. 14. lib. 2. retract. L

Annot. 247. Quis igitur gloriæ eiuſcemodi, & dignitatis ſplendores) Vide quàm fraudulenter agens fruſtrari conatur petitionem Auguſtæ, quæ imaginem hominis Chriſti, quam non ſolum Apoſtolis; ſed omni populo quotidiana conſuetudine conſpiciendam Chriſtus præbuit, requiſiuit. non eam, quam ſemel tantũ in monte glorioſam oſtendit, multoque minus quam nunc obtinet in cœlis. L

Ioannes Damaſcenus annis ab hinc pene octingẽtis.) Vnde hauſerit quæ ſequuntur neſcio, certè omnia verba inuerſa citat, vt ex ſequentibus patebit. L

Primum quidem reſponderim doctrinam illam à marginaria annotatione fortè relatam in contextum, atque ita eſſe commentitiam, non item profectam ex eius lucubratione) Primum quidẽ fortaſſe adulterinus, & confictus ſermo eſt. L

Vetuiſſe Sanctorum reliquias imponi capſulis, ſiue loculis, verius præcepiſſe, vt eædem terra conderentur) Sanctorum reliquias vrnis claudendas non cenſuiſſe, verum magis terræ mandandas. L

Nam quod huius propoſitum non fuerit eas ſubmouere, Eccleſia iſtius Beati Epiphanij teſtimonio eſt ad noſtra vſque tempora exornata omni ex parte imaginibus Tertio reſponderim non infrequens, aut rarum quid inuentu eſt lex Eccleſiæ tradita. Neque enim vna hirundo facit ver, vti Gregorio Theologo, & ipſi veritati videtur; neque vera ſententia) Nam quod eius propoſitum non fuerit eas abrogare, teſtis eſt ipſius diuini Epiphanij Eccleſia, ad hoc vſque tempus imaginibus exornata. Tertio; non quod rarum eſt pro lege Eccleſia obſeruat; neque vna hirundo facit ver) vti Gregorio Theologo, & ipſi veritati videtur) neque vna ſententia. L

Annot. 250. Πρῖνος arbuſcula eſt, ex qua naſcitur coccus) Arbor magna glandem, & coccum ferens, Latinè Ilex dicitur. L

Annot. 251. Strabus in gloſſematis loci huius videtur) Non videtur Strabus aliud ſenſiſſe, quam id ipſum quod ante hunc locum D. Hieronymus ſcripſit in Epiſt. ad Euſtochium de cuſtodia Virginitatis, quam refert Gratianus 22. q. 5. c. ſi Paulus. Qui locus omnino videndus eſt, & probandus Strabus eum ducem ſecutus. Lat.

Annot. 255. Quam herbam videras arbuſculam *ſuſcipis*) ſuſpicis. L

Ex lib. 6. Annot. 6. Poſteriorem vero Hieronymi nomine citans) Eſt enim verè inter opera Hieronymi explanatio Symboli ad Damaſum tom. 4. continens omnia eadem quæ habet Auguſtinus, Ser. 191. citato. L

Annot. 12. Auctor operis imperfecti hom. 3. enumerans) Auctor operis imperfecti imperfectum Baptiſma videtur cenſuiſſe, qui tantum aquæ ablutione ſine vnguento, & manus impoſitione, & Corporis, & Sanguinis Domini Sacramenti participatione conſtabat. Priſcis enim temporibus ita Eccleſiæ Baptiſmum in adultis fuiſſe non Dionyſius vnus, & Iuſtinus, ſed ferè omnes Patres ſcripſerunt. Nam vno, eodemque tempore abluebantur, & conſignabantur, & Sacramentum Corporis, & Sanguinis Domini ſumebant. Quàm rem præter alios Ambroſius lib. de ijs, qui myſterijs initiantur, per totum manifeſto explicauit. Quare benignè interpretanda ſunt vetera ſcripta, nec ſtatim temerè damnanda, aut in erroris ſuſpicionem trahenda. Lat.

Annot. 13. Sed ambo illa corpora *vere* eſſe credimus. Sequuntur Auguſtini *placitum*) vera. L Videndus idem Auguſtinus lib. 2. cap. 5. circa finem de Trinitate, & Epiſt. 102. ad Euodium vbi contrarium ſtatuit, & quidem merito. Adde Ianſenium in Euangelica concord. c. 14. L

Annot. 15. Sed hæc confeſſio &c.) Quæ ſequuntur in meo codice 8. forma non leguntur, neque in ijs, qui 4. forma ſunt excuſi. L

Annot. 16. Auctor operis imperfecti in initio homeliæ) Nũc locus hic ita legitur. Ex eo quod ſubiunxit dicens. vt tentaretur à diabolo, oſtẽdit quia à Spiritu Sancto eſt ductus, ſed non quaſi minor maioris præcepto, ſed nec quaſi maior minoris hortatu: & exemplis, & ſimilitudinibus declarat non minorem eſſe qui dicitur, nec maiorem: ita vt, aut nunc ad lectionem veterem addita ſit negatio, Nec, aut non neceſſario ſequatur, quod hic auctor de Arianiſmo notat. L

Annot. 17. Quia ſi non fuiſſet Baptizatus &c.) Nunc quæ ſequuntur in meo codice non leguntur 8 forma; nàm in 4. leguntur. L

Annot. 19. Subiudicare videtur eſſe quoſdam, qui diabolo cogente, compellenteque peccant)

Idem

Idem auctor in fine homeliæ quintæ. Cum pulſat te aliquod genus peccati non eſt circa te Angelus bonus ſed diabolus loquens in corde tuo; tentat te pariter, & compellit. Si tu ergo permanſeris confringens cor tuum, magis autem diabolum in corde tuo confringens, cum te non potuerit ſuperare, diſcedet à te. Vbi quęvis in verbo compellere ſit facilè apparet, cum nobis facultatem reſiſtendi, & vincendi tentationes tribuat. Et homil. eadem Qui obaudit diabolo ipſe ſe deponit deorſum. Nam diabolus ad malum hortari poteſt cogere autem non poteſt. Lat.

Qui diabolo *compellente* delinquunt) impellente. F

Annot. 21. In quibus non eſt verũ corpus Chriſti, ſed myſterium corporis Chriſti continetur) Hæc verba non habentur in meo codice in 8. neque 4. forma. L

Cum homil. 17. non multo ante finem Euchariſtiam appellat panem benedictum) Vbi tamen cũ præceſſiſſet. Sancta eſt gratia corporis Chriſti, propterea illis ſolis danda eſt, qui iam per Baptiſmum facti ſunt filij Dei, & per impoſitionem manus. Subijcit. Benedictus panis sãcta ſunt. Ita vt de eulogijs neceſſario verba interpretanda ſint, non de Euchariſtia, de qua iam dixerat: quod ipſum ita planum facit circa finem homiliæ, vt valde mirer non fuiſſe prius maturè omnia expenſa, quam auctorem in crimen vocare. L

Et hom. 19. Ferè in principio vocat ſacrificium panis, & vini) Nunc legimus ſacrificium Corporis, & ſanguinis Chriſti, quæ lectio eſt in margine notata in codice 4. forma excuſo. L

Annot. 16. Et in Epiſtolam ad Hebræos v undecima explicans ius iurandum) homelia. L

Annot. 35. Nihil eſt quod non in ſubſtantia & creatione corporeum ſit) Ex. F. Hoc mutuatus eſt ex Tertulliano, vt infra. L

Annot. 39. Hæreticos eos cenſet, qui Sanctiſſimam Trinitatem fatentur) Qui Trinitatem aſſerunt quidem, vnitatem autem negant hos verè hæreticos appellare cenſendus videtur. L

Annotat. 42. Super petram ædificauit perire non poteſt. Nec eſt contrarium) ſuper petram ædificauit, neque pluuia mendacis doctrinæ corrumpit, neque diabolicus ventus impellit, neque violentotum fluminum impetus mouet. Nam & ſi humiliatur Eccleſia propter tentationem; tamen perire non poteſt propter fidem Chriſti, nec eſt contrarium &c. Ita habent omnes excuſi codices. L

Annotat. 44. Propter quod ipſe v ſub maioribus, ſed ab illis quidem iubeor) ſum O

Sic & tu quamuis ſub poteſtate patris ſis v habes tamen) ſecundum quod homo es. O

Sed forte dicit hæreticus volens oſtendere Patrem, & Filium vnum, vel æqualem. Non eſt ita intelligendus hic locus) Codex meus 8. & 4. forma notat deeſſe. L

Sed hanc interpretationem peruerſam non recipit textus: non enim dixit. Si ego homo in poteſtate: ſed ita. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate: non comparationis inter ſe, & Chriſtum differentiam fecit, ſed rationis ſimilitudinis introduxit.) Et hanc interpretationem elegantiſſimè recipit textus. Vide ergo quomodo gentilis, & ruſticus miles myſterium veritatis agnoſcit, & homines hæretici, qui Scripturas portant in ore denegant veritatem. Ita habet Codex meus. L

Annot. 47. Quibus autem, aut ad hoc proſunt, vt ſi plena remiſſio) proſunt. L

Annot. 64. Auguſtinus Sermone in Natiuitatem Chriſti quartodecimo) Quis autem Sermonem illum Auguſtini eſſe tibi indicauit? cum ipſe palam fateatur hominis imprudentis, & inepti eſſe. L

Annot. 71 Et poſſit diſcernere qui *immundus*, quiue immundus ſit) mundus. O

Annot. 78. Ideo v Chriſto incuſabant quod manducaret cum publicanis) in. F

Annot. 81. Tertullianus lib. aduerſus Marcionem 4. elucidans &c.) Non puto Tertulliani verba ſatis intellecta huic Scriptori, aut alij cuiuis, qui putarit hìc Tertullianum reprehendendum in eo, quod Moyſis repudium probarit: cum manifeſtè cauſam repudij iuſtam eam vnam oſtenderit fuiſſe, & Chriſto, & Moyſi, ſi vxor impudica, vel adultera fuerit; nam quod eſt Deut. 24. ἄσχημον πρᾶγμα impudicum negotium, id eſt, adulterium interpretatus eſt ſemel, atque iterum: in quo ſi lapſum eum verè agnoſcimus; non ideo tamen aliud ſenſiſſe de Moyſi diuortij permiſſione æſtimandus eſt, quam de Chriſti permiſſione; id autem tantum eſt adulterij cauſa. Quare non videtur in eo reprehendendus; ſed indicanda tantum erroris eius occaſio, vndè originem ſumpſerit. L

Quia non licet dimitti, vt alia ducatur; illicitè v dimiſſam) enim. O

Pro indimiſſa ducens v: manet enim matrimonium) adulter eſt. O

Manente matrimonio, nubere *adulterum* eſt) adulterium. L

In totum permiſit. Habes itaque Chriſtum aſſertorem iuſtitiæ diuortij.) In totum permiſit, & infra. Habet itaque Chriſtum aſſertorem iuſtitia diuortij. O

Ac demum Sacroſancta Tridentina Synodus in vigeſima quarta ſeſſ. v) can. 8.

Qui in Synodis Prouincialibus *Elibertina*, Moguntina, ac *Triburina*) Eliberitana. L. Triburienſi. L

Ceù Tertullianus, & Ambroſius) Tertullianus, vt ego ſentio, & ſupra notaui nullo modo poteſt hoc affirmare, quod ſemper vbique deſtruit. Tantum enim abeſt, vt dimiſſa vxore viuente, alteram duci licere putarit, vt etiam poſt mortem prioris non putat ſecundam duci licitum eſſe, in quo cum hæreticis aliquot

ad

ab Eccleſia exploſis, & confutatis communicauit. L

Exiſtimet Ambroſij Commentaria eo loco à falſarijs corrupta) Immo Ambroſij non ſunt, ſed alterius in Pauli Epiſtolas Commentatoris, vt ſupra notaui, & diſſeruit Franciſcus Turrianus lib. 5. cap. 2. poſt epiſt. Sum. Pont. Lat.

Sed illam non ait nupſiſſe alteri, priore ſuperſtite marito) Neque ſuperſtite, neque mortuo: nihil enim poſt diuortium, vel repudij libellum quicquam geſtum narratur inter eos. L

Annot. 88. Non quæro vtrum Filius ſit Patris procurator &c.) Meus codex 8 forma non habet quæ ſequuntur. In 4. vero notantur non contineri in aliquot codicibus. L

Annot. 91. Quod alterum eorum *ſicut* Eliam mori oporteat) ſcilicet. F

Annot. 92. Quis eſt autem dies alius de die, niſi *ingenitus* Deus de ingenito Deo) Vnigenitus. L

Annot. 94. Ergo inter eum cuius non eſt &c.) Quæ ſequuntur non ſunt in codice meo. L

Annot. 103. Hæreſis inquit *homouſianorum* non ſolum Chriſti Eccleſiæ aduerſatur; ſed) Photini. Ita Codex meus. Quod ſi etiam Homouſianorum habetur in aliquibus Codicibus, non idcirco error cenſendus eſt. Fuerunt enim Macedoniani hæretici, qui Filium non eiuſdem ſubſtantiæ, ſed ſimilis cum patre aſſeruerunt, & ὁμοιουσιανοὶ appellari poſſunt. L

Annot. 104. Verba ſententiam huiuſmodi exprimentia ſunt hæc) Non leguntur ita in meo Codice 8. forma, neque in 4. L

Annot. 124. Ceu aduerſantem ſententiæ Auguſtini) Auguſtini non eſſe eum librum annotauit D. Thom. part. 3. q. 45. art. 3. ad 2. & alioqnin Hibernum eius libri auctorem fuiſſe ex eo planè colliges. L

In libro de mirabilibus diuinæ Scripturæ *ſecundo* refert) cap. 3. L

Teſtatur ſe in Heliopoli vrbe Ægypti) Cum Hieroſolyma 66. longitudinis gradu ſita ſit à Ptolomæo, facile credi poteſt ſolis tenebras vſque ad Heliopolim Ægypti porrectas eſſe non negari ab Origene; cum Heliopolis gradu 62. m. 30 locetur, ita vt interuallum non ſit amplius, quàm graduum trium cum dimidio: & ſunt in Iudæa loca gradu 64. m. 10. ſita, vndè minus interuallum colligitur. L

Annot. 134. Non ideo, inquit Angelus, erit magnus) Verba ſunt Gloſſæ ordinariæ in cap. 1. Lucæ vbi ex Beda, & Ambroſio refertur, cum apud neutrum legatur ea ſententia. L

Annot. 152. Qui nec litteras norunt, nec legere *didicerent ſaluare nequeant*) didicerunt ſaluari non poſſe. L

Annot. 156. Deplorat quærelis penè tragicis *ſcholarium*) ſcholaſticorum. F

Aſcribam huc integram Chryſoſtomi ſententiam ex homilia) Quæ poſt expoſitionem totius epiſtolæ ad Romanos locata eſt. L

Non ſe defendere, *malum pro bono* reddere) bonum pro malo. L

Annot. 186. Siquidem in *octaua* ſeſſione Generalis Concilij Florentini) Quæ poſtrema eſt. L

Annot. 196. Bertramus presbyter, ſiuè quiſpiam alius) Cum libellum Paſchaſij verè, ſed Rabani nomine editum, cui annexus erat etiam Bertrandi de eadem re tractatum, percurriſſem immemor in indice notatum hæreſeos nomine. Quare poſt agnitum errorem meum proieci libellum, & à Summo Pœnitentiario curaui me abſoluendum Reuerendiſſimo Card. Vormienſi. Sed hic non obtuſæ naris Xyſtus ſuſpicatus eſt confictum ab hæreticis recentioribus libellum, cum poſt ſæcula damnari mereatur hæreſis vetuſta ante Berengarium. Lat.

Et omnes in Moyſe baptizati * in nube, & in mari, & omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, *& omnes eundem potum ſpiritualem biberunt*) ſunt. L < O.

Aliud illi, aliud nos, ſed ſpecie viſibili * quod tamen) quidem. L

Iuxta vulgatam loquendi formam, * quam diem) iuxta. L

Nonne *ſimul* immolatus eſt Chriſtus in ſe ipſo) ſemel. L

Beringarius Andegauenſis Eccleſiæ Diaconus, qui *ducentis* penè poſt Bertramum annis) Si vera eſt Bertrami inſcriptio ad Carolum Magnum, trecentis quinquaginta annis ante Berengarium ſcripſit. Sunt tamen qui ſcribant non ad Carolum Magnum, ſed Carolum Ludouici Filium Regem librum Bertrami ſcriptum. L

In cuius octauo, & *decimo* capitibus verba iſta ſparſim, & interpolatè leguntur) nono. L

Non enim *maius* eſt nouas res dare, quàm mutare naturas) minus. O. rebus. O

Quia ſpiritus *Chriſti*, vt legimus ſpiritus ante faciem noſtram Chriſtus Dominus) Chriſtus. L

Afferens alterum teſtimonium ſub nomine Ambroſij de Sacramentis *) 4. cap. 4. locus corruptus à Beringario a Lanfranco obijcitur, & reſtituitur in Codice forma 8. in folio maiori pag. 1287.

Poſt conſecrationem altaris fiunt panis, & vinum) Per. O

Horum peſtilentiſſimum errorem confutarunt * Lanfrancus) Paſchaſius Abbas Corbeienſis. L

Et poſt eum * Petrus Lombardus Pariſienſis Epiſcopus) Guidmundus Epiſcopus Auerſanus, & Algerus Monachus Corbeienſis. L

Annot. 198. Aut aſſerere non authenticam, & hoc tantum) ex. F

Vt illud *ſuaderet*, quod non ſit continuatio ſequentis hiſtoriæ) ſuaderet. F

Annot. 205. Vt pudorem infunderem eos, qui Origenica commendant) At quæ bona ſunt

com-

cõmmendemus; nec fraudi eſſe permittamus, vt bona repudientur, quia mala aliqua ſcripſit probemus omnia, quæ bona ſunt tantum teneamus. L

Annot. 212. Quo docuerat incredulitatem omnia etiam in ſpecie *benefacere grata*) bona facere ingrata. L

Annot. 220. Vt græcum Ioannis Euangelium legẽs nequiuerit diſcernere ἰδὼν ab εἰδὼς ab ὁρῶ. L

Gregorius Trapezuntius Græcus, & Græcæ Linguæ eruditiſſimus) Multo erat verius vtrâque particulam legendam videri, ſtatuere vt ſi ſic eum volo manere. Nam primam particulam librariorum negligentia; & inſcitia omiſſam fuiſſe arbitror. L

Annot. 225. Et qualem acceperunt & ordinationem *neceſſariam, erit*) < L. neceſſariũ erit. L

In ſententia *Ambroſii* cunctos penè Latinos inuenio) Catharini. L

Annot. 235. Non eſſe donum aliquod Spiritus Sancti in nobis creatum) Anſelmi verba in commentarijs non hoc habent; ſed hoc tantum. Spiritus Sanctus & Deus eſt, & donum Dei. L

Annot. 251. Chryſoſtomus homelia ᵛ in Epiſtolam ad Romanos) 6.

Et qui lapidum precioſorum *indices* ſunt, & qui cæterarum artium opifices) iudices. L

Quos credentes præſciuit Deus ᵛ vt antequam crederent, ſcirentur) futuros ſibi idoneos. O

Cui dandum non eſt, neque non dare illi, cui dãdum eſt) Cui dandum eſt, neque dare illi, cui dandum non eſt. L

Auctor commentariorum ᵛ Hieronymi inſcriptionem præferentium) In Epiſtolas Pauli Apoſtoli. L

Peccatores *non* propter generale peccatum vnam maſſam *fecerunt*) cum. O. fecerint. L

Annot. 252. Rurſus in libro ſoliloquiorum cap. 28.) Liber hic ſoliloquiorum quamquam ex Auguſtini dictis hinc inde collectis intextus videtur, & cenſura Eruditorum non Auguſtini, ſed hominis ſtudioſi, & in eius ſcriptis maximè verſati cenſetur; tamen ſententia ipſa Auguſtini omnino eſſe affirmari poteſt. L

Annot. 255. Anſelmus Laudunenſis in gloſſa ordinaria) Supra lib. 4. fecit hunc auctorem gloſſæ interlinearis; hìc verò gloſſæ ordinariæ, quare non vbique ſibi conſtare videtur. L

Omnis infidelium vita peccatum eſt, &c. Vſque ad. Optimis moribus) Sententia Proſperi eſt nõ Auguſtini. L

Opera quæ videntur probabilia præter fidem &c.) Verba ſunt Auguſtini ſumpta ex præfatione in Pſal. 31. tom. 8.

Concinit his Ambroſius libro primo de vocatione gentium) At Proſperi ſunt non Ambroſij libri duo de vocatione gentium. L

Neque ab his diſſentit auctor commentariorum Origenis ᵛ in Iob) nomine L

Annot. 257. Nonne præcepta eius à *Deo* leuia ſunt, vt multi) adeo. L

Habuerunt autẽ illi *quandam* μοῖραν, hoc eſt, portiunculam caſtitatis) quoddam μοίριον. F

Annot. 261. Habita copia *confeſſionis* neceſſario præmittendam eſſe) confeſſoris. F

Annot. 264. Aliquãdo appellare ſolet τῶν ἱερῶν προθύρων hoc eſt ſãctũ veſtibulũ) τῶν ἱερῶν προθύρων. L

Annot. 265. Et hi qui non moriuntur: *mortales & ſi*) (mortales & ij) L

Annot. 269. Ætati delatum eſt, quia Petrus ſenior erat &c.) An hæc vera eſſe poſſint Vide quæ notaui apud Hieronymum tom. 2.

Annot. 273. Quartum vero à Græcis eius loci corruptoribus additum eius verba ſic *habeant*) habent. L

Quæ ignorant Leges *Romanorum*, ideſt vt obſeruent) Romanæ.

Annot. 275. Ex ſententia Euſebij Cæſarienſis in primo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & Clementis Alexandrini in quarto) Apud Oecumenium hoc loco nihil legitur, quod ad Clementem Alexandrinum pertineat. Quare aliunde quam ex Euſebio id aſſerit. L

Annot. 276. Quæ vtique vocabula Gentilium fabularum, & cauſas, *& Origines* habent) origines. L

Annot. 279. Arbitror hanc periodum à ſeditioſulo quopiam monacho) Si hac ratione agamus facilè multa conciliare poterimus alioquin maximè pugnantia. L

Annot. 287. Hanc Rufini accuſationem Hieronymus in prima aduerſus eum Apologia confutans) Quantum valeant quæ contra Rufinum afferuntur eruditi iudicabunt. L

Annot. 288. Quæ verba non ſunt intelligenda de pœnitentia priuata) Non ſatis omnino ad Chryſoſtomi ſententias tertio recitatas facit diſtinctio priuatæ, & publicæ pœnitentiæ. L

Annot. 298. Domini eſt terra, & plenitudo eius orbis terrarum *vt* vniuerſi) &.

Annot. 324. *Relegati* Apoſtoli ad Philippenſes verba dicentis) Relegatis. L

Annot. 340. Duo contra omnium *ſcholarium* Theologorum ſententiam) ſcholaſticorum. F

Terram extremo orbis incendio renouandam, & ᵛ maiorem amœnitatem) in. L

Annot. 345. Alphonſus Caſtrenſis libro aduerſus hæreſes tertio) Vide quæ ante aliquot annos notatam in Alphonſum hoc ipſo loco.

Iacobus Apoſtolus in liturgia diuini ſacrificij pro animabus Sanctorum) Nihil hic video quod ad rem faciat. L

Et ex eàdem fide, qua & Abraham Deo *credit*) credidit. F

Hæc apparitura cœleſti promiſſione, ad quam) Tunc. L

Nemini inquit ante reſurectionem ex his, quæ in vita geſſit, præmium redditur) Hæc ibi non leguntur. L

Corporum enim eſt ſomnus ᵛ non it, & apud inferos) & infra. Adeo. L

Ex libro ſeptimo. Hær. 9. Diſſol. 1. Qui *mane* intellexerunt ipſum Apoſtolum Paulum)malè. L

Ex

minus) comprehenſus. L

Ibid. Aut vero Dominicas omnes *delicatas* ducit.) delicioſas *τρυφερὰς*.

Ibid. A *nono* vſque ad veſperam In quibuſdam verò locis *quinta*)nona. L. diem poſt quintam.

Ex libro Ancorato.) Ab Ambroſio neſcio quo librum Ancoratum Latinum factum ſcripſit Ioann. Turrecr. in Concil. Flor. ſeſſ. 18. pag. 419. tom. 4. Epiſt. Reſponſiua S. Epiph.

Non *coniunctio* exiſtens cum patre, non qui inceperit eſſe) commixtio. L

Ibid. Imò potius te ipſum à fide *perſequeris*) expellis. L

Ibid. Filius enim ſemper non *coniunctio* exiſtens patri) commixtio L

Ibid. *Colligantia* autem eſt fidei coeſſentialem dicere) Compago, vnio, nexus. L

Ibid. Si enim dixeris coeſſentialem *ſoluiſti Sabellij poteſtatem*) Sabellij vires fregiſti. L

Ibid. Non enim vnius *ſubſtantia* ſignificationem habet vox) ſubſiſtentiæ. L

Ibid. Neque *coniunctio* eſt patris, & filij) commixtio. L

Ibid. Non alteri alicui *ſpiritu* adæquatus) ſpiritui. L

Ibid. Qua ratione colligata ſunt duo *ad* vnum ſigillo) in. L

Ibid. Ille enim à Domino diſcens, & à filio accipiens cognitionis facultatem *reuelauit*) reuelabat. L

Ibid. Secundum carnem Deus exiſtens quadrageſimo ſecundo anno regni Auguſti. Auguſtus autem regnauit annos ſexagintà ſex.) Quando primum numerum, qui Epiphanio quadrageſimus eſt in quadrageſimum ſecundum vertiſti, vt rei veritas conſtaret, ita poteras ſexageſimum ſextum Imperij Auguſti annum in quinquageſimum ſextum reſtituere. Lege eundem infra fol.570. A. Lat.

Ibid. Attigit enim loculum, *& non dixit aliquid puero*) Fallitur memoriæ culpa, nàm dixit. Adoleſcens tibi dico ſurge. Luc.7. Lat.

D. Epiphanij Anacephalæoſis, ſiue ſumma totius operis *Panij*) Panarij. L

De Menſuris, & Ponderibus.

Nunquam animum inducere potui, vt Epiphanij Epiſcopi Conſtantiæ Cypri libellum hunc eſſe crederem, ita multa habet inania, leuia, & parum firma. Suo tamen iudicio quiſque in ea re ducatur. Nihil enim per me alijs volo præſcriptum eſſe; ſed indicatum tantum quid de authore huius libelli ſentiam.

Ibid. Deinceps verò, ò Dei homo ad reliqua quemadmodum precibus tuis polliciti ſumus) Vide quò hæc referenda ſtatuas, cum libri initio nihil tale habeat. L

Ibid. Gomor Magnum, & paruum. Magnum eiuſdem menſuræ eſt cum Lethec quindecim modios etiam ipſum complectens, paruum vero duodecim batos) Gomor maior cum Lethec in menſura conuenit, habet enim quindecim modios, quot metitur Lathec. Gomor minor habet duodecim batos. Batus dicitur hic ſtatim ſextariorum quinquaginta. Modius Cyprius ſextariorum ſeptemdecim. Modius Hebræis ſextariorum viginti duorum ſcribitur. Si igitur quindecim modios capit Gomor Magnum, erit eius vanitas capax ſextariorum 300. Gomor vero paruum batos duodecim, quorum ſinguli quinquaginta ſextarios habent: quis non videt Gomor paruum 600. ſextariorum capacem eſſe? Quarè præſtat operam, & oleum (quod dicitur) in huiuſmodi Scriptoribus non perdere, qui nuſquam aut ſibi conſtant, aut rem rectè explicant. Vide Cedrenum in hiſt. compendio. pag.63. 32. vbi Gomor vncias 32. cum dimidio continere, vel idem pondus habere ſcripſit, ita vt idem ſit quod Rotulus Neapolitanis Italiæ: Lat.

Ibid. Paphij vero, & *Siculi* ex quatuor cum dimidio) Non poſſum adduci, vt credam in hac diuiſione Siculos locum habere poſſe, proindè alterius Vrbis in Cypro Inſula nomen reſtitui debere puto, vt propoſitæ rei conueniat. Lat.

Ibid. Artaba hæc menſura apud Ægyptios *nomen requirit*) vocata eſt ἀρτάβη. L

Ibid. Eſt autem ſextariorum ſeptuaginta duorum) Poliænus Artabam Medimnum Atticum eſſe ſcripſit in lib. 4. ſtratag. in Alexand. Maced. cap. vlt.

Ibid. Alabaſtrum autem appellatum eſt propter fragilitatem.) Quid hoc autem cum nominis Ethymo affine habeat quiuis intelligit. Hic enim quidquid in buccam venit illico effundit. Lat.

Ibid. Siclorum centum vigintiquinque, hoc eſt libras duas, & dimidiam) Siclos CC. Ioſephus minas quinque ſcribit pependiſſe.lib.7. cap. 8.

Ibid. Dicit enim in Leuitico. Didrachmon autem ſunt viginti oboli) Et hoc ſtateri, non didrachmo datur, vt viginti obolorum Hebraicorum ſit: cum idem ſit ſtater, & Siclus Sanctuarij. Lat.

Ibid. At argentum hoc eſt quod Romani Miliareſium vocant) Miliareſij vocabulo ante Iuſtinianum in Nouella 105. qui fuerit vſus nondùm plenè reperi. Quarè ex tempore quoque ſuſpectus mihi hic auctor redditur. Lat.

Ibid. Mares menſura eſt apud Ponticos duarum hydriarum, hydria autem ipſis decem ſextariorum eſt) Ariſtoteles lib. 8. cap 9. hiſt. animal. de potu elephanti agens, ſcripſit eum bibere πίνει μαρεῖς ἕν, & addit ſtatim ὁ δὲ μαρὶς ἓξ κοτύλαι; ita vt non viginti ſextariorum, ſed trium tantum ſit Mares, niſi in eo, & Poluce ſit error, vt pro ἓξ ſit κ. Poliænus verò lib.4. ſtratag. in Alexand. Maced. c. vlt. Marem ſcribit Choas decem Atticas eſſe.

Obſeruationes, & Correctiones in D. Euſebij Emiſeni Epiſcopi Homelias.

Editio Lutetiæ Pariſiorum an. 1547. apud Nicolaum Diuitem.

Ex duobus Codicibus excuſis Lutetiæ diuerſis tum typographis, tum temporibus, in quorum altero, qui hic ipſe eſt, homeliæ quinquaginta ſex continentur, in altero vero non homiliæ, ſed Euangeliorum capitula, quæ per anni curriculum in Eccleſia leguntur, centum quadraginta duæ explicantur; vtræque Euſebio Emiſeno inſcriptæ ſalsò eſſe reperientur. Nàm & ſi homiliæ quinquaginta ſex hominis ſunt grauis, & qui ante vulgatam editionem ſcripſiſſe videtur, tantum tamen abeſt, vt Euſebius Emiſenus ſit earum auctor, vt ipſe palam clamitent ne hominis quidem Græci omnino eſſe poſſe; ſed Galli, & Lugdunenſis Monachi, & Abbatis. Reliquæ Euangeliorum explicationes 142. Latini Scriptoris ſic ſe eſſe fatentur, vt ſimul affirment eum Græcarum litterarum omninò rudem fuiſſe. Quarè & ſi Gratianus de Conſ. d. 2. cap. Quia corpus. ex Euſebio Emiſeno citet, quod eſt hom. 16. quæ eſt quinta poſt Paſcha; nihilò tamen minus illi, quàm nobis factum eſſe fuci exiſtimandum eſt. Citatur iterum de Conſ. d. 5. cap. Spiritus Sanctus. ſed Melchiadis Papæ nomine. In eadem homilia 16. Pelagij hæretici errorem arguit, qui circa annum Domini 400. vixit, & damnatus eſt. Euſebius verò Emiſenus imperante Conſtantio, vt Hieron. in Catal. tradit mortuus eſt. Conſtantius autem imperauit vſque ad an. Domini 361. ità vt fieri nullo modo poſſit, vt Pelagium agnouerit. Baronius in Not. Martyrologij putat has homilias Eucherij Lugdunenſis Epiſcopi eſſe; eius, inquam, Eucherij, qui cum Petronio Auguſtino, æqualis tempore floruit, cuius extat Epiſtola ad Valerianum poſt alterum Eucherium iuniorem ità: die 16. Nouembris. Lat.

Hom. 1. de Natiu. Quis *credit* auditui noſtro, & brachium Domini, cui reuelatum eſt?) credidit. L

Ibid Vbi primum legitur conceptus, ſtatim conſumatus, ſtatim *fuit &* genitus) fuiſſet. L

Sed hominis • dicitur ex vno creari parente monſtratur) filius. L

Hom. 3. de S. Steph. Vides quod *expectantis* intuitus amat) ſpectantis. L

Sicut futura *confeſſio*, atque damnatio hos latuit) confuſio. L

Hom. 4. de Epiph.) Ex Aug. ſermone 29. de temp. mutatis, & omiſſis multis, atque additis. L

Non ad hoc venerat, vt ſacrum illud caput ad *diadematum gemmam*) diadema gemmatū. Aug.

Videamus ſi hodiè aliquid, quod ad *perfectum* meum) profectum. L

Hom. 5. de eod. Ecce vera, ecce prædicanda miracula, ſtupendas *imitationes*) mutationes. L

Hom. 6. de eod. Merito modus non augetur, & *perfectus* adquiritur) profectus. L

Et ſicut homines excitati ad bibendum vinum iſtud, ſolent ebrij plus *ſentire*) ſitire. L

De talibus, & Euangeliſta teſtatur) Sunt Aug. lib. hom. 50. hom. 16. tom. 10. & deinceps. L

Vtentes facultate, vel corpore ſuo contenti) Vtentes facultatibus, vel corpori ſuo neceſſarijs contenti. Aug.

Qui amiſſo, & non *ſeruato* baptiſmo) reparato per pœnitentiam. Aug.

Ad quos ſermo Dei dirigitur &c.) Alitèr. Aug.

Et confixus clauis legem mortis fixit) Hactenùs. Aug.

Inferre *neſciret* rationabilis ardor iniuriam) neſciet. L

Hom. 7. de Epiph. Ad ſcelus *erigenda* ſalutis armatur) eripiendæ. L

Hom. 8. de Initio quadrag. Ecce extrinſecùs *virus* augetur,) virtus. L

Tàm manifeſtum iudicantes *affectioni* remedium) afflictionis. L

Illa rogat, hæc *imperat*, illa quodammodo iudicis audientiam) impetrat. L

Tunicas, ac veſtes, quas faciebat illis Dorcas cælo *oſtendente*) oſtendentes. L

Reſerata Eccleſiæ *lumina* aſſiduis terantur officijs) limina. L

Hom. 9. de Symbolo. Anguſta ſermonibus, ſed *diuerſa* ſenſibus) diues. F

Et de vtroque teſtamento totius corporis *virus*) virtus. L

Triplex quidem ſubſtantia, ſed *non vna materia eſt*) non niſi in vna natura eſt. L

Hom. 10. de eod. Legimus in veteri teſtamento quantis *filijs* Iſraël, ac populo Iudæorum, quantis *eos* difficultatibus multiplicium præceptorum conſcriptor antiquæ legis ornauerit) ∽: L

Ecce ſalutem tuam ſubitò fides intulit, cor concepit, ſermo *parturit*) parturijt. L

Vt dum carioſa perditione nos redemit) Vt dùm cariùs a perditione nos redemit. L

Et è contra facilè probabis *in* ſomno fuiſſe ſolutum) à. F

Vndè miſericordiam *partiturus* eſt) petiturus. L

Et mortuus *partiturus*, ideſt, victurus in inferno) < ∽ :

Homini enim *in* beatitudine mortuo) à I.

Item dicimus vnum Deum: ne putes • eſſe naturas) plures. L

Diſcas ſperare promiſſa, & *opem* rebus nutrias) ſpem. P. C.

Et de conſequendis ea, quę iàm es conſequutus interroges, ac *præceptorum* experimentum) perceptorum. Aliàs.

Ac ſi iàm attributa beneficia pro retribuendorum) ſic. L

Hom.11. de S. Blandina. Noſtros , eos fides faceret . & remotis) enim . L

Dignè, inquam, trcum ò Bethleẽm Lugdunus noſter certaret) Lugdunum patriam ſuam vocat, ſic etiam infra . L

Non potuiſti *expectare* certantes : te coronauit) ſpectare. L

Et plrnus dierum Beatus pater *Focinus*) Photinus vocatur ab Euſeb. hiſt. l. 5. c.1.

Hom.12. de Paſcha) Aug 137. de temp. eadem haber, indè emendanda hæc homilia . Intrr Hieronymi opera tom. 4. hæc homilia cum ſequenti integra extat, quæ hìc alicubi decurtata, & diuiſa in duas legitur. Habetur quoque in Bibliotheca SS. Patrum tom. 7. Cæſario Arelatenſi Epiſcopo adſcripta, & eſt prima de Paſcha . L

Mox igitur ferruginri ianitores deſcendite) Hic incipiunt, quæ habet Aug. ſermone ſupracitato tom.10 L

Nunquàm in hoc ' fuligine, & nigra ſemper caligine.) loco . L

Hom.13. de Paſcha) Extat inter ſermones S.Maximi . L

Ac ſalutari vulnere, Ecclesia omnium , patrns rrparanda) fidelium . S. Maximus.

Et innocens fraterna tanquam Iudaica *pietate* mactatur) impietate . Maximus

Requiramus, quæ iſta ſit nouitas, ideſt, *inter multitudinem*) in multitudine . Max.

Quis hic alius *præfigurabatur*, niſi Dominus noſter) præfiguratur. Max.

Et ærumnis Chriſti, & paſſio, & reſurectio *præfiguratur*) prę ſignatur . Max.

Typum Domini geſſiſſe *praſcribitur*) perſcribitur . Max.

Poſt quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur) < Max.

Niſi Ionas *perditum detur* naufragę nauis) peſſum detur . Max.

Idrſt, viuens vnam Iudęorum gentem, *vtpotè incredulam*) < Max.

In vitæ *exilio* cum vita peregrinatur) exilium . Max.

Vt vel per hoc *erubeſcendo* ſubiacere vitijs dedigneris) erubrſcendis . Max.

Habet cauſas, quibus ſe ipſe *homo* confundar) < Max.

Niſi ergo te degenerem, ac deſpectum faciat vira) Nihil . L. Non Max.

Hom.14. de Paſcha) Et hæc eſt ſecunda Cæſarij Arelatenſis de Paſcha tom. 7. Bibliothec. SS. Patrum . L

Habemus adhuc in *extatico* ſub ſimplici, & pari ſigno) eptatico, pro heptateucho . L

Hom.15. de Paſcha) Ambroſius quoque habet ſermon.52.

Ad viuos mortui reuertuntur, & *prouectu* quodam) profectu . Amb. Max.

Cœlum, *quod* ſuſcipit, repreſentat ad Dominum) quos . Amb. Max.

Nàm quia hic dies Chriſtus cœlum, trrram, tartarumque *colluſtrat*) colluſtret. A.M.

Hom.16. de Paſcha) Habetur excuſa cum Rabano de Sacramento Euchariſtiæ Coloniæ an. 1552. inſcripta Euſebio Cæſarienſi. Hæc homilia incerti auctoris intrr opera Hieron. inſerta eſt: ex ea poteſt emendari. Eſt Cæſarei Arelatenſis excuſa nuper in Bibliotheca SS.PP. tom.7. col. 134. e. Lat.

Accipite, & *edite*; hoc rſt enim corpus meum) comedite . L

In ſpiritualibus Sacramentis verbi pręcipit virtus, & , ſeruit effectus) Rei. Aliàs. Regi. Aliàs.

Quanta itaque, & quàm celebranda *beneficia* vis diuinę) < . Aliàs officia .

Quod in Chriſti ſubſtantiam terrena, & mortalia *committantur*) commutantur . Hier.

Cum ipſr, atque idem eſſes multò *aliter* fidei proceſſibus rxtitiſti) altior . F

Honore, mirare, mente continge, cordis manu ſuſcipe.) Honora . Hieron.

Et quis panis Angelorum eſt, niſi Chriſtus, qui *eos* cibo ſuo charitatis) ſuos . L

Qui *multa* non abundabit, & qui modicum non *minorabit*) multum . L. minorauit . L

Nec dubitet quiſquam primarias creaturas nutu ' potentię) diuinæ . Aliàs

Præſentia , Maieſtatis in Dominici corporis tranſire poſſe naturam) ſummæ . Aliàs

Sicut antem quicunque *qui* ad fidem veniens) < . L

Hom.18. de Paſcha. Sempiternus gehennæ ignis excoquere, & *expirare*) expiare . L

Nullam ſentiet fœlicitas mutationem, nullam ſentiat ætas longiſſima *retracti*) retroacti . L

Hom.19. de Paſcha. Sed iuſtitię *ſtabilitatem incuruaſſe* prævaleat) ſtabilitas inconcuſſa . L

Hom.21. de Paſcha. Sed vetuſtis, cui vita *ſeruit* in tumulis) ſenuit . L

Ita iàm nunc in ſpei *ſpectatione* perficitur) expectatione . F

Hom.22 de Paſcha. Quæ in ambitum diuinitatis exarſit *obnoxius* eſt) ∽ :

Improbus fœnerator extolſrrit, quàm vbi *cauſatio* deſignabat) cautio . L

Si non inueniat ſuſcipientis affectum *quod ſi* homo) quaſi . L

Hom 23. de Latrone) Auguſtini ſermo 120. de temp. tom.10. integer.

Sub radem mora regnum mortis anima *omnia* deſtruebat) < Aug.

Quem *ſalutis* culpa perdiderat, perditio inuenit) ſaluti Aug.

Illiſæ per latus lanceæ tremenda *perfuſio*) percuſſio . Aug. perfoſſio . L

In deſperationis nouiſſimum reſeruauit, ' nec religionem) qui . F

Hom.24. in Litanijs. Si aliquem in nobis *perfectum* poſt caſtigationem) profectum . L

Hom. 25. de pœnit. Qui eam vel accipiendam, vel *communionem*) communione. L

Hom. 6. de Aſcenſ. In gremium immortalitatis *immortalis* natura) mortalis. F

Et *ſpes* præcedente promittitur) præde. F. ideſt vade fide, iuſtore. ∽ :

Et germanam carnem, vitæ huius adminiſtratione) in. L

Gaudens anima victricem *carnem* in illa die conſpectibus) < L

Hom. 27. de Aſcenſ) Auguſtinus penè totidem verbis in ſermone 176. de temp.

Ex ipſis ſibi gradum *conſuat* quo poſſit ad ſuperiora coſcendere) conſtruat. Aug.

Ire poſt medicum. v Si intrare ipſius medici regiam volumus) Igitur. Aug.

Hom. 38. in die Pentecoſt. Sic enim exigit militaris ordo) Hinc vſque ad verſum (Adhoc enim) omnia reperiuntur in Epiſtola Melchiadis Papæ ad Hiſpaniæ Epiſcopos tom. 1.

Affectorem prodigum deſpiciens, & ſpem auidus ſequens) Affectu rem prodigus. L

Hom. 29 de S. Io: Baptiſta) Habetur inter ſermones Auguſtini de Sanctis n. 16. tom. 10.

Quod vxorem *viuentis* fratris inuaſerat) < Aug.

Hom. 31. de Machabæis. Si hodiè aliquid, quod ad *perfectum* meum) profectum. L

Hom 32. de Natali Apoſt. Itaque tanquam ſagittæ acutæ *potentiſſimæ*) potentis. P.C

Qua vulnerata charitatis *telo* ego ſum) < L

Diuerſo *noſcent* genere varijs opem ferre languoribus) noſſent. L

Iocundiſſimam claritatem *infuſam* fidei luce reddebant) infuſa. P.C

Ac diuerſorum iacula peccatorum à diabolo *inflicta*) in fine. P.C

Æternæ vitę ſitim *indigeſtis*, ac defecatis mentibus) digeſtis. P.C

Quomodo iſte ſine clauibus penetrare potuerit diuinæ *adit* excelſa) ſedis. P.C

Agnoſcamus chariſſimi veras cælorum claues &c) Cautè legenda. L

Hom. 33. de Trinitate. Ab aquilone, & mari *vbicunque* idem ſpiritus) vbique. L

Deus inquam eſt, qui v collatum bonum plenitudinum) ad. F

Hom. 34.) Extat tom 6. Vitarum Sanctorum in in vita eiuſdem S. Maximi.

Honoratus tanquam *Moyſi* primi populi primus princeps) Moyſes. L

Et pro cibo, ac potu *hac* ſecum inceſſabiliter ruminaret) hæc. L

Hom. 35. ad Monachos) Eiuſdem Auctoris ſaliuam reſipiunt etiam, quæ ſequuntur homiliæ ad Monachos. L

Viderit ſe per extremas mundi *horas*) oras. L

Hom. 37. ad Monachos Iſti tales neſciunt quid *nouerunt*) vouerunt. L

Nullus ille ſenior tam indoctus appareat) Nullus illic ſenior tam doctus appareat. L

Hom. 39. ad Monachos. Vt *quantum* amplius quiſque peccauerit) quanto. L

Et *conuerſationis* nomen ad hoc aſſumpſerit, vt grauius) conuerſionis. L

Et vetuſta mala tanquam ſagittæ quædam de conſcientia *debellentur*) reuellentur. L

In arbitrio eſt cum velis ad *cælum* declinare) ſæculum. L

Hom. 41. Non iàm ſolum porrecta manu v ſubleuat) non. L

Hom. 42. ad Monach. Suam animam inuidus veneno liuoris *abſtergit*) aſpergit. L

Hom. 43. ad Monach. Videamus ſi hodiè aliquid quod ad *perfectum*) profectum. L

Hom. 44. ad Monach. v Aut *exuſtione ſupercuretur*, & dolor dolore pellatur) Videtur deeſſe membrum. L. exectione curetur. L

Ac condenda eſt compunctio, corroborandæ ſunt preces) Accendenda. L

Hom. 45. Et facilè cuiuslibet iniurię commotione *caſſanda*) caſſabunda. L

Nunquid *ita fuſus* fuit homini Deus) infuſus. L

Et ita Deus homini probatur *immixtus*) Non ferunt noſtri ſæculi aures verbum mixturæ. L

Hom. 47. ad plebem. Sicut & langor, & lepra corporum, ita *prurigo*) porrigo. L

Quod malum eſt iſta paſſio, vt detrahas) Quæ. L

Et oratio, inquit, eius fiat in *peccato*) peccatum L

Trabibus interdum malitiæ luxuriæ) Trabalibus. L

Dùm videtur omnibus *executus*) exęquatus. L

Hom. 49. de Sanctis Martyribus Epipodio, & Alexandro) Hinc etiam licet manifeſtè colligere auctorem Lugdunenſem eſſe, nàm hi Martyres Lugdunenſes fuere, Vid. Martyrologium die 22. & 24. Aprilis. L

Quod hic nullus Sanctorum còlumatus v) labor. L

Præſentiam Domini *expectantis*) ſpectantis. L

Illi per virtutem fidei *expenſi* ſunt) ∽ :

Ne quis noſtrum *ſpolietur* per vulnus peccati) ſpoliatus, vel ſauciatus. F

Hom. 50. de Natali S. Geneſij. Vita naſcentium, *qua* ad omnem) quia. F

Et quid tandem crederet, vel quid pro eo *Redemptor ſuus*) Redemptori ſuo. L

Et *implere* ſacrilega verba contremuit) imprimere. Aliàs.

Vt inter huius mundi *conflictionis*, vitia) confligantes ∽ :

Per *cuſtodiam* viuentem, ſanctam, placentem Deo) hoſtiam. L

Hom 51. de S. Romano. Conſumationes glorioſus *ſub* hac die manum *ſuam* pretioſis laboribus impoſuit) ſummam. P. C. ſuis. P.C

Et enauigatis mundi huius periculis fęlici *periculo*) periodo. L

Subito *quamcumque* de populo pro Chriſto mori) quemque. Alias.

Ad *compendioſi* martyrij gladio peruenire victoriam) compendioſam. P.C

Ac ſublimem in rebus Dei *verum* Chriſti nominis) virum. L

Toto

Toto in *eo* perſecutionis impulſu impetum facit) eum. L

Rapitur felix reus ad beatam damnationem *ferens ſecum pracium*) <

Et indè *euenit* vt impoſſibile non ſit ingentia fieri hoſtis) venit. L

Intus incluſum eſt. *Et propterea* theſaurum pietatis) < P. C

Si non *producat* voluntas, poteſt expugnare crudelitas) prodat. L

Cruce Chriſti confectus) Crucem Chriſti confeſſus. P. C

Sed mortem an vitam inferre *habent*) habeant. L

Ad expugnanda pectora à Deo *conſcia*) conſecrata. P.C

Intra tormentorum ſtrepitus hoc ſolum poſcitur) Inter. P.C

Quid velut muto *teſte* inſultare te credis) teſti. P.C

Sicque ſinè plectro ſuo Chriſtum reſonare mirantur) Seque. P.C

Ecce elinguis *precum* auctorem rerum muto licet ore) preco. L

Interrogentur inquam. Infantis iuſtitiam) Interrogetur infans. P.C

Qui *eligere* poſſit ad gloriam tenera infantia) erigere. P.C

Ecce contra *referre* teſtimonium poteſt) te ferre. P.C

Hom. 52. ad Pœnitentes. Quia extremam horam vt *cælo emigraturus* expectat) cœno. F. cœlum migraturus. L

Hom. 53. de eo quod Idolo &c. Quæ bruta *pecora* ità interdum) pectora. L

Sed ita eſt per totas tibi ſyluas ſpargenda religio) Si. P

Et non habuerunt Deum in *notitiam*) quia. L. notitia. L

Sed præſens eſt, nuſquam videtur, & omnia contemplatur) Et.

Etiam eorum, quæ tibi *ſeruiuit* dignitate cognoſcas) ſeruiunt. L

Illum ergo homo ſolum tibi noueris excolendum) ò. L

Quomodo in meliùs ſua morte renouatur) < L

Nonne vides alteram germinum reuocationem, vel germinum, quod tempus reddit, quod tempus aſſumpſit) Nonne vides alteram germinum reuocationem, quod tempus reddit tempus abſumpſit.

Hom. 54. Sermo exhortatorius &c. Iam cæleſtes recepta carne, *ſiue*) ſinè. L

Hom. 55. Sermo caſtigationis &c. *Facit* te in gaudium inimicis tuis) Faciet. L

Hom. 56. de Vidua &c.) Hæc homilia eius eſſe declarat, qui alteriùs imperio pareat. Cum ſuperiores homiliæ eius eſſe videantur, qui alijs præſit. Lat.

Animaduerſiones in Concilia.

Editio Coloniæ Agrippinæ apud Geruinum, & alios 1567.

Ex Tomo Primo.

Origo Conciliorum &c. Macarij Hieroſolymitani, Alexandri *Conſtantinopolitani*) Alexandrini. G

Temporibus Theodoſij Magni Principis) Temporibus Theodoſij Principis iunioris. G

Præceptum, vel *interdictum* ab Imperatore lege lata) edictum. L

Canones Apoſtolorum.

Can. 25. Epiſcopus, aut Presbyter) Canon hic inſtauratus legitur in Nicæno I. arabicè olim ſcripto cap. 77. qui verſi editi ſunt opera Franciſci Turriani. L

Præfatio Io: Caroli Bouij in Conſtit. Apoſtolorum à S. Clemente.

Quod ſi quis hoc non ſatis eſſe velit &c. At quid prohibet, ſi quis Clementis neget eſſe, ſed alterius ea, quæ ex Ignatio mutuo ſumpta ſunt totidem verbis) Nihil hoc tuo argumento conſici?

Eiuſdem Scholia.

Lib. 2. cap. 33. Quæ quod *confeſſionem* Eccleſiæ Corinthiorum afferrent) confuſionem. L

Liber Pontificum.

De S. Lino vſque ad Capitonem, & Rufum Conſules) Capito, & Rufus biennio antequàm Petrus occiditur Conſules fuerunt. L

De S. Clemente) Tàm hic in Clemente, quàm infra in Euariſto temporum confuſa, imò peruerſa ratio manifeſto apparet. Quare conſiderandum eſt, quod vel librarij culpa, vel aliorum temeritas locum vtrumque corruperit, & qua ratione commodiùs reſtitui poſſit. Sic etiam in Breuiario precum horariarum emendandus idem error eſt. L

A Conſulatu Trachali, & Italici vſque ad Veſpeſianum Nono) Si vltimo Neronis anno, ideſt, an. Domini 68. vel 69 Trachali, & Italici conſulatu creatur Pontifex Clemens; & annos tantum nouem cum adminiſtrauit Pontificatum, qui fieri poteſt: vt ad tertium Traiani Imperatoris fuerit ſuperſtes? niſi relegationis tempus ità prolixum fingamus, vt à nono Veſpaſiani conſulatus anno, vſque ad tertium Traiani Imperatoris extendamus. Qua ratione nulla

forte

forte alia commodior, aut probabilior excogitari poterit. Lat.

Epiſtola Clementis Prima) Si Iacobus Frater Domini anno 7. Neronis præcipitatus è templi pinnaculo moritur, quomodo veriſimile fiet à Clemente Pontifice poſt Petri mortem epiſtolas ei ſcriptas fuiſſe: cum Petrus vltimo, ideſt, 14. Neronis anno Pontificatum Clementi moriens reliquiſſet, vt ſcribitur in hac eadem Epiſtola? Lege Franciſcum Turrianum de Can. Apoſt. & epiſt. Rom. Pont. lib. 2. c. 13. & ſequentibus. L

Nunc inimicus aduerſus ſponſam eius commouet bellum.) Nunc ne quum. F

Epiſt. 2. Nemo per ignorantiam Clericus palla mortuum &c.) Locus manifeſtè corruptus. L

Epiſt. 3. Quòd à contribuli populo, & à propria gente *ſperaretur is*) expectaretur. F

Animæ verò eorum creditæ ſunt) Animæ enim eorum illi creditæ ſunt. F

Epiſt. 4. *Et* demum ex operibus bonis oſtendat in ſe) Tunc. L

Epiſt. 5. Nobis præſentibus in conſpectu omnium &c.) Conſideranda ſunt hæc verba. Nàm de Clemente habes apud Apoſtolum ad Philippenſes. Cum Clemente, & cæteris coadiutoribus meis: fuit enim ipſius Pauli comes. Sed an eo tempore cum Ananias, fraudata prætij agri parte, increpitus à Petro, interijt, cum cæteris Apoſtolis, & diſcipulis præſens ei ſpectaculo fuerit dubitari iure poſſe videtur. L

Epiſt. Anacleti 2. Exemplo Prophetarum, & Regum capita eorum) Videtur corruptus locus. L

Inde electi ſunt ab eis ſeptuaginta duo Diſcipuli, quorum typum gerunt Presbyteri) Falſa eſt ex loco Euangelij S. Lucæ cap. 10. L

Qui non *Primatum* ſed aut Metropolitanorum, aut Archiepiſcoporum nomine) Primatuum. F

Ep. 3. Siuè qui aduerſus nos armantur *proprie nos ipſos decernunt*) non nos; ſed propriè ſe ipſos decipiunt. V. C.

Decreta Euariſti.

Fuit autem temporibus Domitiani, & Neruæ Traiani) Et hic, & ſupra in Clemente animaduertendus error eſt in temporum ratione confuſa. Cum Clementem paſſum an. 3. Traiani, ibi ſcribatur. Fieri autem nullo modo poteſt, vt Domitiano, & Nerua Imperatoribus Eccleſiæ præfuerit Euariſtus; ſi qui antè illum præeſt, tertio Traiani anno occiſus eſt. L

Decreta Pij Papæ I.

Eadem lex erit illi, qui ſuum *ſeniorem* interfecerit) Neque temporibus, neque perſonæ videtur ea vox conuenire. L

Vt de oblationibus, quæ offeruntur à populo, & conſecrationibus *quæ* ſuperſunt) < L. Aliquanto ſecus habetur apud Burchardum, & Iuonem, atque in Nannetenſi c. 9. ſubiuncta quoque illic eſt formula benedictionis.

Decreta Victoris Papæ.

Vt à decima *tertia* Luna primi menſis) quarta L.

Decreta Zephyrini.

Ep. 1. Finis verò eius cauſæ ad Sedem apoſtolicam deferatur, vt ibidem v terminetur) de. G.

De occultis *enim* alieni cordis temerè iudicare peccatum eſt) Abruptus tranſitus ad diuerſa non videtur commodè recipere verbum *enim*. L

Decreta Caliſti Papæ I.

Ep. 2. Sic nec vxor Epiſcopi, quæ eius Eccleſia, vel Parochia) vel Presbyteri. Burch.

Alteri iudicari, vel diſponi, aut eius concubitu frui) Ab altero dijudicari. Burch.

Quia manifeſta peccata v ſunt occulta correctione purganda) non. L

Decreta Vrbani Papæ I.

Tàm præſentibus, quàm futuris temporibus *plurima*, & elegantiora) plura. G

Communem *fidem* ducentibus, quàm ex prętio eorum) vitam. G

Omnes enim fideles per manus impoſitionem &c.) Obſerua hic lector, quæ ſequuntur, quomodo cohæreant cum præcedentibus. L

Decreta Anteri Papæ.

Euſebius quoque de quadam parua Ciuitate apoſtolica authoritate mutatus eſt Alexandriam) Non eſt in catalogo Alexandrinorum Epiſcoporum quiſquam Euſebij nomine ab initio Marci Apoſtoli vſque ad Athanaſium. Quare aut in Euſebij nomine error librariorum arguitur, aut non Alexandriam; ſed aliam vrbem neceſſe eſt intelligere. Euſebium Alexandrinum Epiſcopum, ideſt, hunc ipſum citat Franciſcus Turrianus in lib. 1. c. 21. pro defenſione Can. Ap. homilia prima ex XVI. quæ extant de ieiunio. L

Qui claues Regni Cœlorum habentes, antè iudicij diem iudicant) quodammodo. Hier.

v Veteri quidem lege habetur) In. G. Hier.

Decreta Fabiani Papæ.

Epiſt. 1. Et ſi quis cum excommunicatis *auertendo* regulas) euertendo. F

Decreta Cornelij Papæ.

Ex Hiſt. Eccl. Euſeb. lib. 6. cap. 35. *Nouatus* Eccleſiæ Romanæ Presbyter) In Græcis hæc ſunt cap. 43. quod penultimum eſt eius libri. L. Nouatianus eſt hic, de quo agitur; nàm Nouatus,

qui

qui fuit Carthaginenſis Presbyter, eodem tempore hæreſim conflans, quo Nouatianus ſchiſma. Vide Cypriani epiſtolas infra 224. a. 227. a. & 230. a. b. Lat.

De Nouato igitur quali vitæ inſtituto) In Nouatianum Presbyterum hæc competunt. L

Et doctrinæ Eccleſiaſticæ, *ſi dijs placet* propugnator) Exemplum Græcum non habet. L

Ep. 1. Cornel. Sic de aliorum *conuerſatione* Domino auxiliante) conuerſione. L

Et induite vos loricam iuſtitiæ, & calceati pedes) < L

Ex Decret. Ex Grat. Quod ad nos attinet conſcientiæ noſtræ conuenit *ſemper*) Fratres. L

Si quis autem vltrò) Si autem quis vltrò. L

Inculpatos futuros *credimus*, qui *eorum* conſuluimus ſanitati) < O

A certa regula non recedamus, *quam Apoſtolus inſtituit*, dicens) quando & Apoſtolus inſtruat. O

Ep. 3. Vt pateretur *& manus quaſi* Epiſcopatum imponi) ei manum quaſi in. O

Ep. Cypr. 2. Certè, & *falſorum ore* maculas inſpergere) falſo ore. L

Ep. 6. Curioſus ſemper, vt perdat, ad hoc *adulatur*, vt fallat) adulator. Aliàs.

Ep. 7. Neque enim ſic *putamina* quædam colligenda ſunt) putramina. Aliàs.

Decreta Lucij Papæ.

Sedit annos tres, menſes tres, dies tres) annum vnum, menſes quatuor, dies 14. L

Epiſt. Decret. Quoniam aliter *acta* nullas vires habebunt, nec *eccleſiaſtica* reputabuntur) actæ. Eccleſiaſticæ.

Decreta Stephani I.

Sedit annos 7. menſes quinque, dies duos) Annos tres, menſes tres, dies 24. L

Epiſt. 2. Sed *etiam* multis antè Aduentum Chriſti) iàm. L

Nullitamen de eccleſiaſticis facultatibus aliquid *reſpondendi*) diſponendi. L

Decreta Sixti II.

Sedit annum vnum, menſes *decem*, *dies* 24.) vndecim. dies. 13. L

Sepultus eſt via Tyburtina in crypta in agro *Verano*) Veranio. L

Decreta Dionyſii.

Sedit annos ſex, menſes duos, dies quatuor) Annos nouem, menſes 4. dies 5. L

Epiſt. 2. Quia infames omnes eſſe cenſemus, qui ſuam, *aut* Chriſtianam) ideſt. L

Decreta Eutychiani.

Epiſt. 2. Habita tamen dignitatis æſtimatione *potiatur*, *nec fortè*) patiatur, nec fore. L

Decreta Gaij.

Vt eſſet Oſtiarius, Lector, Exorciſta, Acolythus, *ſequens* Subdiaconus) < L

Decreta Marcellini.

Et ceſſauit Epiſcopatus annos ſeptem, menſes ſex, dies viginti quinque) Falſum eſt. Vacauit ſedes menſes tres tantùm. L

Ancyranum Concilium.

Celebratum fuit hoc Concilium poſt tempora Marcellini Papæ circa annum Domini ferè 308.) Ergo Marcelli Papæ tempore, qui obijt an. 309. creatus an. 304. L

Can. 2. Ipſe autem ab omni *Sacerdotali* miniſterio) ſacro *itẽ*.

Can. 22. Secunda verò *ſeptennium* implere) quinquennium. L

Decreta Euſebij.

Sedit ann. ſex, menſ. 1. dieb. 3.) Ann. 2. menſ. 7. dies 27. L

Sub huius tempore Crux Domini noſtri Ieſu Chriſti quinto Nonas Maij inuenta eſt) Si Helena Crucis inuentrix fuit; mirum eſt, quomodo fieri potuerit antè Conſtantini imperiũ, quod certè poſt Maxentij mortem, quod ad hanc rem attinet initium habuit an. 313. ideſt, biennio poſt mortem Euſebij Papæ. Aut igitur prius repertam Crucem exornauit Helena, aut ipſa antè Maxentij mortem Chriſti fidem profeſſa, Crucem inuenit. L

Epiſt. 2. Quia facta paſtorum *oris* gladio ferienda non ſunt) ouis. L

Ep. 3. Seu qui ad *ſacrilegos*, diuinoſque concurrerunt) ſortilegos. L

Crucis ergo Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ nuper nobis &c.) Contra Græcos omnes hiſtoricos, qui Helenæ ſtudio inuentam anno poſt Nicænam Synodum tradunt; ita ſcribit Ruffinus in Chronico. Vide Ambroſium de obitu Theodoſij Imp. L

Eiuſdem Euſebij decreta ex Gratiano) Citatur decretum C. V. Euſebij Papæ ab Iuo: ep. 16. Virgines, quæ Virginitatem non cuſtodierint, ſed eoſdem, qui eas violauerint, maritos acceperint, eo quod ſolas nuptias violauerint; poſt pœnitẽtiam vnius anni reconcilientur. ∽:

Decreta Melciadis.

Data kalendis Martijs, Voluſiano, & Ruſino viris clariſſimis Conſulibus) Voluſieno Ruſo, & Anniano, quibus Conſulibus Diocletianus mortuus eſt an. Domini 314. quo anno idem Pontifex 4. Idus Decemb. obijt. F

Neocæſarienſe Concilium.

Cap. 7. Qui propter conuiuium talibus nuptijs *poſſit* præbere conſenſum) velit, vel audeat. L

Nicenum Concilium.

Subſcriptiones, &c. Narciſſus *Neronianus*) Neroniadis. L

Araſphius Sophonen.) Simeon Metaphraſtes in vita Gregorij Armeniæ Maioris Epiſcopi in extrema ſcribit ſucceſſorem Gregorij, quem Martyrem quoque appellat, fuiſſe Aroſtanem, huncque à Conſtantino euocatum Concilio Niceno interfuiſſe. Hic autem nulla eius mentio fit, quare de tota ea Metaphraſtis narratione non nihil vt ſuſpicer, non ſolum hoc, ſed multa præterea faciunt. Lat.

Eutychianus Amaſeus) Baſilius Amaſenus Epiſcopus Concilio Niceno interfuit ita Athan. & Niceph. Hic Eutychius Calliſtrati Filius ſucceſſor eius fuit, vt in vita Baſilij legitur. Quare vtrumque verum eſſe non poteſt cum adhuc regnante Licinio, Baſilius cæſus fuerit ab eodem. Lat.

Concilium Romanum.

In Epilogo, &c. Nemo *enim* Clericum quemlibet in publico) etiam. L

Sicut Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti in Sindone munda ſepultum fuit) linea. G

Actio 1. Diuerſorum Martyrum ſuſcipientes ordine *renarrabant*.) rem narrabant. L

Cap. 2. Sub *arbitrio* ſui tenacitate derumpebat veritatem) arbitrij. L

Concilium Elibertinum) Elibetitanum. L.

Cap. 5. Quod ſi *infra* tempora conſtituta fuerit infirmata) intra. Alias.

Cap. 16. Sed neque Iudæis, *neque hæreticis* dari placuit) < F.

Cap. 54. Si tamen ijdem ſponſus, vel ſponſa in *illo* graui crimine) vllo. F.

Cap. 59. Prohibendum, nè quis Chriſtianus *aut* gentilis) vt. F.

Concilium Gangrenſe.

Can. 9. ſi quis *vulgò* ſit, vel continens à matrimonio) virgo. L

Concilium Arelatenſe II.

Agritius, Epiſcopus, & Felix Exorciſta) Agretius. F.

Natalus Presbyter, Ceterius Diaconus) Natalis. L

Concilium Carthaginenſe. I.

Antè hoc. Concilium locari debere Concilium Sardicenſe, quod infra locatur: manifeſto argumento eſt Canon 5. vbi gratus Epiſcopus refert Sardicenſis Concilij ſtatuta. Lat.

Cap. 2. Neque ad paſſiua corpora, quæ ſepulturæ tantùm.) Paſſiua corpora hic, & in Can. 7. paſſiua communio, Afrorum more dicta pro communia corpora, & indifferentia: quorumuis tàm bonorum, quàm malorum. Ita communio paſſiua fiet, id eſt, paſſim omnibus communis, & libera ſine vllo diſcrimine merentium, aut immerentium paſſim exhibebitur, quod ſumptum à Tertulliano videri poteſt, cui tàm frequens eſt id verbum, vt paucæ paginæ ſint, in quibus non occurrat. L

Decreta Marci Papæ.

Sedit *annos duos* menſes octo, dies viginti vnum) < Honuphr. Panuinus.

Temporibus Conſtantini Auguſti, & Nepotiani, *ac Secundi*) Facundi. Honuphr.

Reſcriptum Marci Papæ &c) Vide, quæ notaui apud Athan. & Honuphrium in vita Marci. Nàm fieri non poteſt, vt hæc Epiſtola anno, & Conſulibus, quibus annotatur, ſcribi potuerit, ſi tantùm menſes octo, & dies 22. vixit. Sigonius lib. 4. hiſt. Occid. Imp. litteras Marci 8. Kal. Octobris datas *ſcripſit*, ità vt Marco ſuperſtite ſcriptæ probentur. L

Nepotiano, & *Secundo* Viris Clariſſimis Conſulibus.) Facundo. Honuphr.

Decreta Iulij Papæ I.

Epiſt. increpat. Et remouere hanc inſidiantium altercationes, *quæ*:) quorum. L

Sin alitèr præſumptum à quibuſdam fuerit in vanum *deducatur*) deducetur. F

Et nos ſcitote, hunc *typum* deinceps non eſſe paſſuros) typhum. L

Romana Synodus.

Luciano *Maurianeſi*, & reliquis cum eis) Marianeſi, quæ eſt Eccleſia in Inſula Corſicæ, Maurianenſi, quæ eſt Eccleſia in Gallia in Prouincia Vienenſi. L

Concilium Antiochenum.

Hæc Synodus ea non eſt, de qua mentio fit apud

Gre-

Gregorium Nyſſenum in vita Macrinæ ſororis, in ea enim ipſe, vt fatetur, interfuit, nono mēſe poſt Baſilij mortem; quæ octauo anno Epiſcopalis eius muneris contigit, qui annus non egreditur an. Domini 371. Nàm cum Iulianus Imperator in Perſas profectus eſt, iàm Baſilius erat Epiſcopus. Iulianus autem an. Dom. 363. occiſus eſt; quarè Synodus Antiochena, cui Gregorius eius frater interfuit, ann. Dom. 371. aut ad ſummum 372. celebrata eſt. Hæc verò ſi Iulio Papa I. acta eſt intra an. Dom. 352. peractam eſſe neceſſariò colligi videtur. Hæc ex Niceph. Hiſt. Eccl. lib. x. cap. 25. hauſi, quæ ſi vera ſunt, videndum eſt, qua ratione Baſiliū an. Dom. 380. ſuperſtitem floruiſſe B. Hieronymus in Chronico ſcripſerit: & octauo Epiſcopatus anno obijſſe alij prodant. Cum conſtet Iulianum occiſum an. Dom. 363. quum Baſilius iàm Epiſcopus eſſet. Lat.

Cap. 14. Propter huiuſcemodi *itaque* controuerſiam amputandam) < G

Cap. 25. Tàm *in* ſuis, quàm *in* fratrum, qui ab eo ſuſcipiuntur) < Pariſien.

Concilium Sardicenſe.

Hoc Concilium antè ſecundum Carthaginenſe habitum fuiſſe conſtat, in eo enim can. 5. mentio fit eorum, quæ in hoc Concilio can. 16. 18. 19. ſtatuta ſunt.

Marcus Ciuitatis *Sciſliæ*) Siſciæ. L

Decreta Liberij Papæ.

Extat Liberij Epiſtola ad Conſtantium Imp. poſt opuſcula Luciferi, quam operæpretium eſt videre. L

Ex Niceph. lib. 9. cap. 33. Iulius, tùm *viginti quinque* annis) quindecim. F.

Decreta Felicis II.

Rebaptizatum ab Euſebio Nicomedienſi iuxta Nicomediam in *Aquilone*) Ancyrone. L

Qui etiam paſſus eſt in Ciuitate *Corona*) Corana: nàm Cora eſt vrbs in Latio non procul à Signia. L

Epiſt. Ægyptior Et ſicut in Chriſto Chriſtiani, & in *petra*) ἐν πέτρῳ ſic in græca Epiſtola eſſe oportuit, quarè delendum Petrus, & legendum, & in Petro petri. L

Epiſt. Felicis prima.) Extat in actis Concilij Epheſini tom. 2. pars Epiſtolæ Felicis Papæ, & Martyris ad Maximum Epiſcopum, & Clerum Alexandrinum de Verbi Incarnatione, quam Secundi huius eſſe veriſimile maximè videtur, cum poſt epiſtolam Iulij locum teneat. Huius Felicis mentio eſt in Epiſtola Victoris Carthaginenſis ad Theodorum Papam, & habetur in actis Concilij Lateranenſis ſub Martino I. tom. 3. Quamquam verba ibi citata ſint ex Epiſtola Athanaſij, & Ægyptiorum ad Felicem, vt hic habes. Vide Niceph. lib. 9. c. 10 Adde Theodoretum hiſt. lib. 2. c. 26. vbi Maximum Hieroſolymorum Epiſcopum catholicum laudat. L

Annum, *aut* ſex mandauerunt menſes concedi) &. G

Agario, & Iuliaco viris clariſſimis Conſulibus) Arbetione, & Lolliano. F. an. Domini 355. ex Caſſiod.

Concilium Laodicenum.

Cap. 4. Vel vſuras, vel lucra, quæ *ſexcupla* dicuntur, accipere) ſeſquipla. L

Cap 54.) In græcis, quæ habemus, hoc caput deeſt. L

Decreta Damaſi I.

Per *ſucceſſorem* Sacerdotium in vrbe Roma ſuſceperat) ſucceſſionem. L

In Baſilica, quæ *Sicimini* appellatur Epiſcopum ſe fieri) Sicinij. F. Sicinini. L

Profeſſio fidei, &c. Quod ſi quis *partiatur* Deum Patrem dicens) patiatur. F

Reſcriptum Hieronymi, &c. Apertiùs latinè *trabatur* ſenſus) tradatur. F.

Epiſt. 3. Damaſus Seruus Seruorum Dei) Si hoc verum eſt, conſiderandum erit quomodo falſum non ſit quod Ioannes Diaconus de Gregorio primo affirmat eum primum fuiſſe, qui ſe in Epiſtolis ſuis Seruum Seruorum Dei ſcripſerit. L

Et veræ fidei *pleniter* inſtructi eſſe debent) plenitudine. G

Ep: 6. Nè ità *quenquam ſubrigiat*) cuiquam ſubrepat. G

Concilium Aquileienſe.

Quare *ſubripuiſtis* Imperatori?) ſubrepſiſtis. L

Vt plenum Concilium non eſſet *obripuiſtis*.) obrepſiſtis. L

Concilium Conſtantinopolitanum I.

Can. 6. Et aduerſus *Canonicos noſtros* Epiſcopos congregationem faciunt) communicantes nobiſcum τοῖς κοινωνοῦσιν ἡμῖν. L

Can. 7. Quicunque ex his rectæ fidei adſcribi volunt, vt *Græcos* admittimus) Gentiles. L

Concilium Valentinum

Concilium Valentinum triginta Epiſcoporum) cum enumerentur tantùm vnus, & viginti nominatim bis: ideſt, hìc initio, & infra in Epiſtola ad Eccleſiam Foroiulienſem, videtur error manifeſtus pro XXI. triginta irrepſiſſe. L

Fegadius, Emerius, Florentius) Fegadius hic videtur idem eſſe, qui in Catalogo Diui Hieronymi Sœbadius ſcribitur, & cuius extat opuſculum

culum contra Arianos nuper editum Fœbadij Epiſcopi nomine: nàm & tempora, & Prouincia, & argumentum conueniunt maximè, fuit autem Epiſcopus Agenni Galliarum, vt Hieronymus tradidit, de qua vrbe Ptol. lib. 11. Adde hunc ipſum à Gennadio in Catalogo Sabbatium vocari. Fœgadium vocauit Ambroſius epiſt. 55. ad eum ſcribens. Sulpitins lib. 2. hiſt. 5. Fagadium nominat Epiſcopū Galliar. ideſt, ſuæ gentis faciens. L

Decreta Siricij.

Exiens *vnuſquiſque* de ſæculo, & regnum perdat, & vitam) quivis. L

Vt ſibi aſſerunt veteri hoc lege conceſſum) Et. L

Ep. 2. Luxuriæ magiſter *crudelitatibus* paſcitur) cruditatibus. F

Concilium Telenſe) *Teleptenſe.* L

Super *tractatoria* Siricij Papæ) Tractoria opinor meliùs. L

Tàm fieri poteſt, vt Concilium hoc habitum ſit in Hiſpania, quàm vt Roma ſit in Africa. Primū nomina ferè omnia Africæ ità propria ſunt, vt pauciſſima in Hiſpania reperias: deindè quid hìc agunt legati Prouinciæ Proconſularis ad Byzacenum Concilium cum narratione ea, quæ ſequitur. Cum eſſemus Tuſdrum. Tiſdra enim vel Tiſdrum vrbs olim opulentiſſima erat, vbi Iugurtha theſauros ſeruabat. Demùm Tractatoria, quam recitari iubent Siricij Papæ ad Coëpiſcopos per Africam miſſa eſt. Quarè Nebriſſenſi non puto credendum, niſi aliud proferatur. Idem Donatianus primæ Sedis Epiſcopus Telepienſis, vel Tibulenſis, vel Teueſtenſis recenſetur. Nomen autem loci manifeſtò corruptum eſt: nàm infra multis in locis Donatianus hic primas Prouinciæ Byzacenæ Teleptenſis Epiſcopus dicitur: vndè legendum omnino Donatianus Epiſcopus Ciuitatis Teleptēſis, & Concilium hoc Teleptenſe ſcribendum, vbique habitum Telepte in prouincia Byzacena Lat. Vide in Synodo Martini I. tom. 2. epiſtolam Africani Concilij cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum, inter quos legitur Stephanus Teleptenſis. L

Concilium Carthaginenſe V.

Cap. 1. Qui cognitor, vel *præſens* fuit) Præſes. L

Cap. 10. Quod ſi non potuerint occurrere excuſationes ſuas in *tractatoria* ſubſcribant) tractoria. F

Concilium Toletanum I.

Cap. 2. Sub *concilio*, diuino fuerit conciliatus altario) cilicio. G

Decreta Innocentij I.

Domos in clinum ſalutis *balneata* præſtantes ſolidos) balthcatę. F

Ep. 1. Cap. 1. Antè confecta myſteria quoſdam populis *imperare*) impertiri. G

Cap. 5. *Et* Presbyteri eorum conficiendorum ius *habeant*) Quòd. F. habent. Cod. Mog.

Ep. 2. Cap. 3. Nec alicui liceat Romanæ Eccleſiæ) ſine præiudicio tamen. G

Ep. 4. Innocentius Felici Epiſcopo *Nuceriano*) Nucerino. L

Ep. 11. Cur ergo indignum eſt) Cura ergo dignum eſt. L

Cum vnanimis, & conſacerdotibus noſtris.) < L

Ep. 12. Præcipueque Epiſcopus *relegam, vel audiam*, & tua fraternitas) < L

Ep. 18. Cap. 1. Quæque vrbis *Roma* Sedi non cederet) Romanæ. L

Quorum enim *te maxima expectat cura*) ad te maximè ſpectat cura. L

Ep. 22. c. 2. Quia illud coniugium *poſt* Baptiſmi Sacramentum) per. G

Qui vt crimina committerent in paradiſo cum ipſe eos iungeret benedixit) Qui vt crimina committerentur in paradiſo præcepit, cum eos ipſe benedixit. Iuo, & Cod. Mog

Annè de his loquutus eſſe credatur) copulis. Cod. Mog.

Quæ poſt baptiſma ſortiuntur *meminerint*) meminerit. Cod. Mog.

Cap. 5. Et ideo omnibus *ſegregat*, hæc ſola electa eſt) ſegregatis. L

Ad Eccleſiam redierunt, *intelligitur* eos, qui in Catholica) intelligimus. L

Epiſt. 24. Cap. 2. Vt quicunque tales ordinati fuerint cum *ordinationibus*) ordinantibus. L

Ep. 29. In portu *pacis petra præſtabit* conſcientia) pura. F

Concilium Mileuitanum.

Concilium hoc habitum eſſe in Numidia prouincia fatentur ipſi, qui interfuerunt Epiſcopi. Quarè miror tàm ineptos fuiſſe aliquos, vt putarint æquum, aut veriſimile eſſe tot Paſtores Africanos cum Primate ex continenti, & commoda omnibus Prouincia in paruam inſulam Synodi celebrandi cauſa conueniſſe. Vide Epiſtolam Concilij Mileuitani ad Innocentium. Mileum, vel Mileuum, vel Mileuium Numidiæ vrbem, lege Aug. ep. 168. & de Bapt. lib. 6. c. 26. et ad Boniſ. lib. 2. contra epiſtolas Pelagianorum. tom. 7. Quinimò idemmet Papa Innocentius de hac ipſa cauſa etiam Numidiæ reſcripſit Epiſcopis; quia de vtroque Concilio de Carthaginenſi, ſcilicet, & Mileuitano ſcripta ſuſceperat. Videndus Franciſcus Balduinus in prolegomenis Optati Mileuitani. Ptolomæus lib. 4. c. 3. habet Mirœum, fortè corruptè pro Mileuo. L

Do-

Donatianus *Teleptenſis* primæ ſedis ſubſcripſi) Teleptenſis. L

Decreta Zoſimi.

Ep. I. c. I. Verum etiam *in* ordinatores eius) ⟨ L

Tàm impudens inuenitur, *vt* in cœleſti militia) qui. G

Hinc paſſim numeroſa *popularitas* etiam his locis) pluralitas. G.

Decreta Caleſtini I.

Epiſt. I.) Hæc epiſtola poſt omnes locari debuit: aliæ enim viuente adhuc Dino Auguſtino ſcriptæ ſunt, quod ex Conſulibus patet: hæc verò, & ſi quo anno ſcripta ſit non ſatis apparet; conſtat tamen, cum poſt Auguſtini obitum ſcripta ſit, vt ex cap. 2. anno vltimo Cæleſtini, vel certè penultimo ſcriptam. Auguſtinum verò anno Dom. 430. diem obijſſe, quo anno Epheſina Synodus habita eſt, veriſimiliùs videtur, quàm probari neceſſe ſit. L

Cap. II. Cum enim ſanctarum plebium præſules mandata) Hæc omnia vſque ad calcem totidem verbis habentur in ſermone de Adam, & Eua apud Chryſoſtomum tom. II.

Decreta Sixti III.

Lucernam *nixorum* decem auream penſantem libras 20) myxorum. L

Concilium Rhegienſe.

Culpam ſibi pœnitentiæ cum ignorantiæ *proſcriptione* imputaſſent) præſcriptione. L

De Expurgatione Sixti III.

Cap. 6. Actum in Baſilica *Heliana*) Heleniana. L

Cap. 12. Actum eſt autem Valentiniano ſeptimo, & Auieno Conſulibus) Annus his Conſulibus notatur 450. quum antè annos decem iàm obijſſet Sixtus. Quare non leuis in tempore error oſtenditur. Auienus autem eo ipſo anno 450. cum Valentiniano ſeptimo Conſule legitur, nec vnquam antè, vel poſt. L

Concilium Agathenſe Meſſala Conſule.

Anno Domini 506. qui fuit annus ſeptimus Symmachi Papæ, quare illuc transferendum Concilium hoc. Ex hac Synodo multa mutuati ſunt Patres, qui in Venetenſi Concilio conuenerunt. L

Cap. I. Placuit de digamis, aut *internuptarum* maritis) iterum nuptarum. L

Cap. 7. Vt *pro* Eccleſiæ augumento, aut neceſſitate, aut vtilitate, vel vſufructu) in. G

Vt habita diſcuſſione ſacerdotali, eorum *proſcriptione*) ſubſcriptione. G

Cap. 12. Sacerdotali ordinatione, & *diſtinctionis* comminatione ieiunent) diſtrictionis. L

Cap. 15. Iuuenibus *etiam* pœnitentia non facilè committenda eſt) autem. Aliàs.

Cap. 16. Sanè ſi coniugati iuuenes *conſenſerint* ordinari) ſe. L

Cap. 35. Si Epiſcopus Metropolitanus adComprouinciales Epiſcopos *Apoſtolos* direxerit) epiſtolas. G.

Cap. 48. Omnia *iure* eccleſiaſtico reſeruare cenſuimus) in. G

Cap. 67. Quoniam non oportet cum *omnibus* hæreticis) hominibus. G.

Agretius Epiſcopus ſubſcripſi) Agrœtius. F

In Decretal. de celebrat. Miſſarum c. I. notatur ſumptum eſſe Canonem ex Agathenſi, quod tamen Palea diſt. 91. cap. Presbyter citat ex Concilio Ananethenſi. Citat item Gratianus diſt. 50 ex hoc Concilio caput illud in capite quadrageſimæ, quod tamen non habemus.

Decreta Leonis I.

Et addidit ſuper ſepulchra Apoſtolorum *&* Clero Romano cuſtodes) è. L

Concilium Vaſenſe.

Cap. 8. Pro perſona maioris authoritatis iubeatur, illo quandiù probari nihil poteſt in communione omnium præterquàm eius, qui eum reum iudicat, permanente) Pro perſonæ maioris authoritate iubeatur, ille tamen quandiù probari nihil poteſt, in communione omnium, præterquàm eius, qui eum reum iudicat, permanebit. G

Canones ſecundi Vaſenſis Concilij.

Cap. 5. Sub die Nonas Nouembris *Decio Iuniore* Viro Clariſſimo Conſule) Aëtio III. fortè an. Dom. 446. Si Decio Iuniore Conſule, qui Cæcina Maurus appellatus eſt Concilium hoc celebratum eſſet poſt hunc annum 486. annis octoginta tribus celebratum fuiſſe dicere cogeremur, cum abſurdum ſit eoſdem ſubſcriptores Epiſcopos tot annos fuiſſe ſuperſtites. Quare, & hic, & infra locus luxatus reſtituendus. Cæſarius Epiſcopus, ac penè omnes alij interfuiſſe narrantur in Arauſicano, & in ſequenti, itavt ijdem Epiſcopi tandiù ſuperfuiſſe non potuerint. L

Concilij VaſenſisCapitulum ex decreto Gratiani ex Nannetenſi Concilio c. 6. tom. 3. L

Canones Concilij alterius Arauſicani.

Cap. 5. Quo in *eum* credimus, qui iuſtificat impium) Deum. L

Ab impietate ad pietatem, *&* naturaliter nobis ineſſe dicit) ſed. L

Cap. 16. Quia litera extrinſecùs *velut legitur*, apparuit) vel vt legeretur. L

Cap. 25. Quinto Nonas Iulij *Decio iuniore* viro clariſſimo cenſule) Aëtio III. vt ſupra.

Concilium Arelatenſe III:

Concilium Atelaten. tertium 14. Epiſcoporum æta 461.) 481. F. Anno Chriſti 453. L

Concilium Veneticum.

Probabiliùs erat ex ſequenti Synodo Turonica colligere, & hanc in Gallia celebratam eſſe eiſdem temporibus, cum ijdem quoque Epiſcopi reperirentur, vel interfuiſſe eidem Synodo, vel in eam poſtea conſenſiſſe. In hac ergo Synodo pleraque ſunt repetita ex Agathenſi, vt ex antiquiore, & pleniore eiuſdem regni.

Decreta Hylarij *Papæ.*

Hilari habent vetuſta monumenta in æs inciſa. L

Cum columnis porphyreticis *foraitis* aquam fundentes) [illegible] natis. F

Lucernam auream cum *nixis* luminum) myxis. L

Lucernam auream *nixorum* decem) myxorum. L

Decreta Simplicij Papæ.

Cap. 36. Nono autem die in *Cotbronenſis* caſtri portum deducta eſt) Crotonienſis. L

Lib. 4. cap. 12. Qui nunc in hac vrbe Monaſterio præſto eſt, quod appellatur *Reatum*) Reatinum. F

Cap. 13. Quæ interius ſponſi cœleſtis ſpeciem *amauit*) adamauit. F

Cap. 15. Et ſicut *ſe dicebant* ſexus ex vocibus diſcreuiſſe) decebat. ∽:

Cap. 27. Quod de Theophanio *Centercelenſis* vr-

bis comite) Cenetenſis. F.
Cap. 31. Quibus dùm adhuc conceſſum eſt viuere, licet etiam à malis operibus *emendare*) emendari. F
Cap. 36. Sed in illo occulto *arbitri* examine) arbitrij. F
Cap. 55. Pecunia tua tecum ſit in *perditione*) perditionem. L

In Ezechielem. Lib. 1.

Hom. 10. In quibus Domini verbis penſandum eſt, quomodo *&* in electis) ei. G
Hom. 15. Nocte verò exurgit, ac die, quia *in* aduerſa, & proſpera) inter. G
Cum ſe virtus animo concepta ad profectum boni operis *pertrahit*) protrahit. G
Eo nobis amplius exaltatur, *quanto* altius, & incomprehenſibilis) quo. G

Homiliæ in Euang.

Quadraginta homiliarum de diuerſis lectionibus Euangelij ad Secundinum *Laurimitanum* Epiſcopum) Tauromenitanum. I.
Hom. 39. Iuſtitiam enim vendere eſt hanc pro præmij *acceptatione* ſeruare) acceptione. G
Dumque rem iurè debitam facere contemnunt, dato patronis *præmio*) prætio. G

Epiſtolarum. Lib. 1.

Cap. 5. Volui obliuiſci quos noui, ad Saluatoris pedes quieſcere) &c. L
Hinc rurſum ſcriptum eſt: Deus meus pone illos *in* rotam) vt. L
Cap. 6. Gregorius *Narſi* patricio) Narſæ. L
Cap. 8. *Menturienſem* Eccleſiam deſolatam Formienſi coniungi) Minturnenſem. L
Cap. 18. Quæ vel propriæ Eccleſiæ, vel de diuerſis Eccleſijs *ſimilia* ſunt collecta) cimelia. F
Cap. 11. Vicedominum enim eum conſtituimus, cuius arbitrio *Epiſcopum* commiſimus) Epiſcopium. L
Cap. 13. Luminoſa honeſta fœmina relicta cariſſimi *Zemarchi*) Azimarchi. F
Cap. 22. Gregorius Georgio *Epiſcopo* Italiæ) Exarcho. F
Cap. 25. Quod ex omnipotentis Dei munere *accepiſtis* eſſe) cepiſtis. F
Cap. 27. Gregorius Sebaſtiano Epiſcopo *Riſinienſi*) Rhizinienſi. L. Plinius lib. 3. c. 2. in Liburnia locat Rhizinium. Quis ſit autem Anaſtaſius Patriarcha non ſatis video; nàm monachum, de quo in dialogo fit mentio, nullo modo eſſe arbitror.
Cap. 30. Quorum *ſinthicia ſpata* ſunt, & gratia pœna) ſynthicæ ſpathæ. L
Cap. 31. Cauſaſue verò Italiæ veſtra quæſo Excellentia habeat *mandatas*) commendatas. L
Cap. 33. Si mihi credideris, ſi correptionis mea verba *ſecuturus* audieris) ſecutus. L
Cap. 34. Gregorius Epiſcopo *Terracinenſi*) Tarracinenſi. L
Oportet ergo, vt ad audiendum de vobis verbũ Dei benignè conueniant) potiùs. L
Cap. 35. Gregorius Io: Epiſcopo Rauen. de controuerſia *Ioannis, & Stephani Epiſcopi*) Manrilionis, & Georgij. L
Cap. 37. Volo autem, vt Dominæ Paterichiæ meæ mox, vt præſentem iuſſionem ſuſceperis, offeras ad *calciarium* puerorum) calceatum. F
Cap. 39. *Verum* Paulinus Epiſcopus Tauri ciuitatis prouinciæ *Brietorum*) Venerabilis. L
Brutiorum. I.
Monachos ſuos *occaſione diſperſos barbaricè*) occidione diſperſos barbarica. L
Cap. 41. Gregorius Leandro Epiſcopo *Hiſpanianus*) Hiſpalenſi. L
Cap. 42. Ad maiorem modium dare compellãtur, quam in *horreis*) horrea. L
Vt pluſquàm decem, & octo ſextariorum *modium*) in modio. L
Neque verò poſt obitum meum hæc ipſa onera) Nè. L
Quatenus *in primis* dicens tantam penſionem vnumquemq; debere perſoluere inibi *adiectis*) imprimas. V. C. abiectis V. C.
Quod autem ex his minutijs in *vſu* rectoris accedebat) vſum. L
A *communione* autem eius omninò abſtineatur) commodo. Aliàs.
Qui ad eum tranſmiſſus fuerit, proficere *non* poſſit) < O
Dummodo cauſam, quam nobiſcum habet, *exeat*) perexeat. V. C
Cap. 48. Comperimus autem in inſula *Orpbiana*) Ophiaria. F. pro Colubraria, vel Ophiuſa; quanquam non video hic locum habere: vicinam Palmariæ Mela Phytoniam collocat. L
Cap. 51. *Canoſinam* Eccleſiam commendat) Canuſinam. L
Cap. 52. Et quoniam Sauinus Abbas Monaſterij Sancti Stephani inſulæ *Cabis*) Caprearum inſulam contra Surrentum ſitam fortè ſignificat. L
Cap. 66. Clericos *Beneſana* Eccleſiæ oblitos timorem futuri iudicij) Venafranæ. L
Cap. 74. Sicut lucernæ lumen per collimitantia *quæque quo* lucet) quouſque. L
Cap. 77. Præcipit de Tamitana Eccleſia tranſire in *Alerienſem*) Sagonenſem. L
In Eccleſia *Salonenſi*, quæ iàm diù Pontificis auxilio deſtituta eſt) Sagonenſi. L
Cap. 78. Gregorius Clero, & ordini, & plebi *Vianenſis* Eccleſiæ) Viuanenſis. L
Lib. 2. cap. 2. Mortalitatem omninò graſſari, quæ res nos nimis *addixit*) afflixit. L
Cap. 14. Eum *enim* verò, qui contra iuſtitiæ regulam) < L
Cap. 17. Gregorius Iobino *Epiſcopo* Illyrici) < L

Cap. 19. Gregorius Benenato Epiſcopo *Viſitatori Cumana Eccleſia*) Miſenati. L

Cap. 21. Gregorius *Ruſticiano*) Ruſticianæ patriciæ. L

Cap. 22. Itâ tamen, vt pro cauſis ſuis ad Rauennatem Vrbem nullatenus *reuocetur*) euocetur. L

Cap. 23. Gregorius Iuſtino *Preſbytero*) Vide nùm hic ſit idem Iuſtinus Prætor Siciliæ, ad quem extat epiſtola 2. libri primi, quia verba illa, Gloria veſtra, non conueniunt Presbytero. Aliquot exemplaria Gratiani habent, ad Iuſtinum Imperatorem; ſed manifeſto errore, cum ante Gregorij Pontificatum Iuſtinus iunior annis 16. mortuus eſſet. Inuentus eſt codex vetuſtus Gregorij, qui Iuſtinum Prætorem retinet. L

Cap. 25. Propterea te Ioannem ab hoſtibus *captiuatum Liſitana* ciuitatis Epiſcopum) captiuatæ Liſſitanæ. Eſt autem Liſſus Dalmatiæ, vel Illyricorum vrbs prope Dyrrachium, licet alicubi Lyſſum ſcriptum ſit. Lat.

Cap. 26.) Hæc epiſtola multo poſt 38. huius libri locanda eſt. Ibi enim Paulinus ad Eccleſiam Liparitanam regendam transfertur. L

Cap. 29. Viſitationem Velinæ, *Vixentinæ*, & Blãdanæ iniungit Eccleſiarum) Buxentinæ. L

Quoniam Velina, *Vixentina*, & Blandana Eccleſiæ) Buxentina. L

Cap. 31. Cumanam, & *Muſitanam* vnitas præcipit eſſe Eccleſias) Miſenatem. L

Vt Cumanam, atque *Muſitanam* vniue debeamus Eccleſias, quoniam *hæ*) Miſenatem. L. eæ. L

Cap. 32. Theodoſiani verò, qui hic remanſerunt *togam* non accipientes) rogam. L

Quia *à Rhegus*, vt cognouimus cum Arnulpho ſe fecit) Aroges. L

Iuxta, quippe, eſt ciuitas *Phanum*, in qua multi captiui) Fanum. L

Cap. 34. Gregorius Ianuario Epiſcopo *Caralitanenſi*) Caralitano. L

Cap. 45. Gregorius Ioanni Epiſcopo *) Veliterno. L

Treuerenſium Eccleſiam ſuæ Eccleſiæ vniri præcipit) Triumtabernarum. V. C

Ideoque fraternitati tuæ curam, gubernationemque *Treuerenſium*) Triumtabernarum. V. C

Cap. 36. Gregorius vniuerſis Epiſcopis per *Hyberniam*) Iberiam. F

Cap. 38.) Hanc epiſtolam locandum eſſe antè 26. res ipſa manifeſtò clamitat: ibi enim obitum Paulini legimus. L

Cap. 45. Quoniam occaſione vicium noſtrarum conſideramus *nos* iniuſta) vos. L

Cap. 46. Niſi *cum* conceſſa Romani Pontificis decernimus iuſſione percipere) < L

Hac enim conſona Sanctis Patribus definimus ſanctione) Hac. L

Nec ſacris adminiſtrare, *vel* communionem capere ſit dignus) nec. G

Cap. 47. Gregorius Natali) Conſiderandum eſt qua ratione epiſtola hæc locum hic habere poſſit, cum ſupra Natalis hic ſuſpenſus, & ferè depoſitus deſcribatur. L

Quæ res quoque nos in Florentij *Tauritana* ciuitatis Epiſcopi) Epidauritanæ. L

Cap. 48. De *Florentino* Epiſcopo iniuſtè depoſito) Florentio. L

Peruenit ad nos *Florentinum* Epitauritanæ ciuitatis) Florentium. L

Cap. 51. Ideſt, geſta, & petitiones, quæ *data* ſunt) datæ. L

Cap. 52. Qui nunc in ciuitate ordinatus eſt *Terracina*) Tarracina. L

Præcipit, vt in *Terracinenſi* Eccleſia ſit Epiſcopus) Tarracinenſi.

Relatio cleri ſimul, & populi *Terracinenſis gentis*) Terracinæ degentis. V. C

Cap. 53. Gregorius clero, ordini, & plebi conſiſtenti in *Terracina*) Tarracina. L

Cap. 56. In qua Campana *quondam uxor Patricy*) quondam Patricia. G.

Cap. 57. In *ſuam* quandoque reſolutoriam proferre largitate ſententiam) ſua. L

Cap. 60. De patrimonio Sabinenſi, atque *Carciolano*) Carſeolano. L

Cap. 66. De Bonifatio * Victore iniuſtè damnato) à. L

Nunc itaque huc veniens Bonifacius *Victor* præſentium lator) < L

Cap. 67. Gregorius vniuerſis *Epiſcopis* per Italiam) Præfectis, vel Iudicibus. L

Cap. 69. Oportet conuocatis *clericis* in *communione* perſcrutari) cis. Aliàs. commune. L

Cap. 74.) Ad hoc tempus referendum eſt priuilegium conceſſum Monaſterio S. Medardi, quod eſt infra poſt omnes epiſtolas lib. 12. vſque ad finem ſubſcriptionum. L

Cap. 75. Et ſcit mulieres, cum quibus *periſſe* dicitur) peregiſſe. ∽

Cap. 84. Gregorius Ioanni Epiſcopo *Calliopolitano*) Callipolitano. L

Cap. 86. Et poſtquàm ſuſcepi certum fuiſſe hoc, quod fama dudum *aſperſerat*) ſparſerat. L

Vt & videre te cupiam, & tamen *abſente* corde ſemper attendam) abſentem. L

Cap. 88. Gregorius Theodoro Epiſcopo *Lilibitano*) Lilybætano. L

Cap. 91. *Qua* ſi epiſtolæ eius fuerint, ego vigilans non fui) Quod. Aliàs.

Cap. 93. Et quid dicturi ſumus futuro iudici frater chariſſimè, ſi illud *quod*) quoque. F

Grauari non *indicantes*, ſi tanto pondere vel parui temporis ſpatio careamus) iudicantes. F

Et in obiectis ſibi capitulis contumacitèr reſpondere *nequiuerint*) renuerint. F

Cap. 96. Nihil enim *poteſt* glorioſiſſima ſanitas) prodeſt. L

Cap. 98. Gregorius *Eutício Epiſcopo, Tundarino*) Eutichio Epiſcopo Tyndaritano. L

Cap. 100. Aut immutando *vigorem* eiuſdem legis inflectat) rigorem. L

Lib. 3. cap. 1. Quia ſicut præceps furor *vſitatuſque*

que

que deſpicitur) concitatuſque. F

Cap. 4. Cum ergo integritatem noſtram ex conſcientiæ *veſtræ* atteſtatione) noſtræ. L

Cap. 5. Gregorius Bonifacio Epiſcopo *Regio*) Regienſi. L

Cap. 11. Nè ſicut antea fieri dicebantur) Nec ſicut antea fieri dicebatur. G

Quaſi pro faciendi inuentarij labore *tollantur*) tollatur. L

Sic *nanque* ea, quæ ad munitionem pauperum facultatis pertinent) namque. L

Cap. 12. De vxore cuiuſdam ablata, & alteri *data*) venundata. L

Cap. 20. Gregorius *Maximiano* præſumptori) Maximo. L

Cap. 21. *Quæ cuncta* de colonis vel originarijs iura percipiunt) Et cuncta, quæ. F

Cap. 22. Vt in eodem examinando negotio fraternitatis tuæ ei *addiceretur*) adijceretur. L

Cap. 26. Quod Presbyteros chriſmate tangere in fronte eos, qui *baptizandi* ſunt) baptizati. Ita legendum omninò videtur ex epiſtola 9. huius libri.

Vt Presbyteri etiam in frontibus *baptizandos* chriſmate) baptizatos. L

Cap. 28. Singulis annis *duas* tremiſſes ſinè aliqua dilatione) duos. L

Cap. 29. De Epiſcopo intra *Dardaniam* ordinando) Sardiniam. L

Cap. 30. Gregorius *Conſtantiæ* Auguſtæ) Quæ hic Conſtantia, & infra ſæpiùs appellatur, atque ita quoque à Paulo Diacono in vita Gregorij ſcribitur, videtur omninò Conſtantina ſcribenda, vt Græci omnes Euagrius, Nicephorus, Zonara, & Greg. Cedrenus ſcripſerunt, & Paulus Diaconus in hiſt. Miſcell. confirmatur autem argumento validiſſimo Conſtantinam vocari eam oportere, quod Tiberij Conſtantini filia erat, vt Patris nomen referret. Gratiani quoque Codd. vetuſti. Lat.

Quæ ducta vſque ad ſecundum vrbis milliarium in loco, qui dicitur ad *Catatumbas*) Catacumbas. F

Cap. 31. Quatenùs filijs *iuſtè* ex Hebreis) Iuſtę. L

Cap. 32. Gregorius Panthaleoni *Epiſcopo* Aphricæ) Non videtur Epiſcopus; nam excellentiam eius appellat. L

Cap. 33. De quarta Synodo, & *Conſtantino* Epiſcopo) Conſtantio. L

Cap. 39. Et non ſolum *illic* ad Epiſcopatus apicem nulla ratione promoueatur) ille. L

Cap. 42. *Huc* eos ſine dilatione tranſmittat) Huic. F

Cap. 44. Hoc iàm tempore nec noſmetipſos *excuſaremus*) excuſemus. L

Lib. 4. Cap. 46. Gregorius Felici, & Ciriaco *Abbatibus*) Abbati. L

Cap. 47. Epiſtolas cum allegatione principalium iuſſionum, apud vos) &. L

Cap. 48. Gregorius Victori Epiſcopo *Panormitanenſi*) Panormitano. L

Cap. 49. De Saturnino *Epiſcopo* lapſo) < L

Cap. 51. Gregorius Felici Epiſcopo *in Sardinia*) Sardenſi. F. Quia Antibarenſi præſuli ſubijcit in Illyrico, vel Dalmatia. L

Cap. 52. De miniſterijs *Mirinenſis* Eccleſiæ recipiendis) Alerienſis. L

Quæ ſecum *Squillatrum* quondam Epiſcopus Seuerinus) Scyllacium. L

Cap. 55. Gregorius Petro Epiſcopo *Trecalonitano*) Triocalino. F. Τριόκαλα Ptol. Τριόκαλον. ἢ Τρικάλα Steph. Agrigento vicina vrbs. Triocalinos appellat Plin. lib. 3. c. 8. In Concilio Lateranenſi ſub Martino I. recenſetur Maximus Trocalitanus Epiſcopus. L

Cap. 56. Sic tamen, vt nihil de *prouentionibus* clericorum) prouectionibus. L

Cap. 57. Cui dedimus in mandatis, vt nihil de *prouentionibus* clericorum) prouectionibus. L

Cap. 61. *Saturum* verò ex Presbytero, ne ad ſacri Ordinis miniſterium præſumat) Saturninũ ſupra ep. 16. vocat.

Cap. 64. Gregorius Ioanni Epiſcopo *Squillatino*) Scyllacæno. F

Cap. 65. Fratri, & Coepiſcopo noſtro Seuero Paulino) Seuerum Ficulinum Epiſcopum habet Ioannes Diacon. in vita Greg. lib. 4 c. 5.

Cap. 68. De peruerſitate Epiſcoporum, & *Valerio* monacho) Valeriano. L

Cap. 69. Vt ſi nulli conditioni, vel *corpori* teneris obnoxius) corpori. L

Cap. 71. Iuris Eccleſiæ *tua* famulum eſſe perhibet) ſuæ. L

Supraſcriptum Ciceronem cum rebus ſuis, quæ apud *Fantinum*) Fantinum. L

Domino *Miſenatis* Eccleſiæ ſinè aliqua dilatione reſtitue) Miſenatis. L

A monachica conuerſatione culpæ lapſus *arripuit*) abripuit. L

In conuerſatione poterat, permanens recognoſcat) In conuerſatione permanens poterat, recognoſcat. L

Cap. 73. Gregorius Seuero Scholaſtico ˅ exarcho ˅ de Agilulpho rege) de. L. & L

Cap. 75. Et quidem alij ab hoſtibus occiſi, alij verò *Narnijs*, & Peruſij poſiti) Narniæ. F

Nàm adhuc neſcimus quis *ſibi* qualis ſit) ibi. L

Cap. 76. Inter cæteras *auguſtorum* ponderum curas) anguſtorum. L

Redemptorem ſuum pro vobis, *atque* vt oportebat meritis exorare) æquè. L

Si igitur illud nomen in ea Eccleſia quiſquam arripuit, quod apud bonorum omnium iudicium fuit, vniuerſa ergo Eccleſia) Apud Ioannem Diaconum lib. 2. cap. 53. ita legitur. Si igitur illud nomen in ea Eccleſia ſibi quiſquam arripit, vnde tot hæreſiarchæ prodiiſſe noſcuntur, vniuerſa ergo Eccleſia &c. quæ lectio vel decurtata ipſa quoque eſt, vel omninò corrupta. L

Cap. 77. De peruerſitate iudicij in Sardinia, & *ſuperbia Ioannis Epiſcopi*) Corſica, & Sicilia. L

Tantum ſe ſuffragium *permiſiſſe* reſpondit) promi-

miſiſſe. L

Cap. 78. Sed priuatis vocabulis *contempti eſſe non poſſunt*) contenti. L

Cap. 79. Gregorius Sebaſtiano Epiſcopo *Serinienſi*) Riſinienſi ſupra; ſed ſcribendum Rhizinienſi. Hic Sebaſtianus non videtur eſſe Epiſcopus, cum in epiſtola hac ipſa laudetur à Gregorio, quod Eccleſiam regendam vocatus à ſuo Patriarcha ſuſcipere renuit, & alioqui ſi Epiſcopus iàm erat, non poterat felix à Gregorio vocari eo nomine dumtaxat, quod liber ab onere regendi Eccleſiam eſſet; & poſtremo ſi ad id aliquando induceret animum, rogaretur, vt in Sicilia Eccleſiæ regimen ſuſciperet, vt ipſi Gregorio gratificaretur, niſi ſi titulo tenùs, non etiam re Epiſc. Rhizinienſis erat. L

Cap. 80. Nos ergo diſcernamus quid Deus, quid *autem* homo fecerit) item. L

Cap. 83. Gregorius Aniano Diacono Conſtantinopolitano.) Hæc epiſtola quamquam tàm hìc, quàm apud Ioannem Diaconum lib. 2. cap. 55. Aniaſio Diacono Conſtantinopolitano inſcripta ſit; tamen errore factum eſſe videtur ex ipſius epiſtolę verbis demonſtrari. Primum in eo, quod alterius Eccleſiæ Diacono mandat litteras ſuas Ioanni Epiſcopo Conſtantinopolitano reddi, cum Diaconum ſuum Sabinianum reſponſalem apud Imperatorem ibi haberet, ſi ipſi Gregorio ſcribenti crèdimus. Deindè verò quia miratur eum permiſiſſe perſuaderi Imperatori, vt ea ſcripta, de quibus agitur, mitterentur, quod non videtur conuenire miniſtro Epiſcopi Conſtantinopolitani. Puto igitur legendum eſſe Sabiniano, & tollendum eſſe Conſtantinopolit. Similis error reperitur infra. Lat.

Duas epiſtolas facere *volui*: ſed vna breuitèr facta eſt) nolui. L

Idcirco enim hoc ille fecit, vt [v] audiretur Dominus Imperator) aut. Io: Diac.

Vndè ſicut tibi iàm tranſactis epiſtolis ſcripſi) Vbi ſunt eæ epiſtolæ?

Cap. 88. Indictione *decimatertia*, quinto die menſis Iulij) Aut hìc, aut infra lib. 12. error eſt. Ibi enim decima quarta indictione factum ſcribitur, cum tamen decimotertio Imp. anno Tiberij, & eodem die quinto Iulij notentur acta omnia. L

Maurianus Epiſcopus ciuitatis Rauennę ſubſcripſit.) Marinianus. L

Gratianus ciuitatis *Nomentumæ*) Nomentanæ. L

Ioannes Epiſcopus ciuitatis *Falartinæ*) Falerinæ. L

Angelus Epiſcopus ciuitatis *Terracinenſis*) Agnellus. Tarracinenſis. L

Romanus Epiſcopus ciuitatis *Viliternæ*) Veliternæ. L

Candidus Epiſcopus ciuitatis *Bulcinenſis*) Volſinienſis. L

Baldinius Epiſcopus ciuitatis *Roſellas*) Roſellæ. L

Marcianus Epiſcopus ciuitatis *Ferenſis*) Farenſis.

Stephanus Presbyter Sancti *Marty*) Marci. L

Baſſus Sancti *Prudentis*) Pudentis. L

Cap. 93. Sed ſeù ad *conſuetudinem* mihi cor veſtrum miſericordia diuina) conſentiendum. L

Cap. 94. Seruandumque ſit, præſenti epiſtola perſpeximus) declarandum. F

Cap. 95. Gregorius Virgilio Epiſcopo Arelatenſi) Hic Virgilius, vt Beda ſcripſit lib. 1. hiſt. Angl. cap. 27. ſucceſſit Etherio, qui Auguſtinum Anglorum Epiſcopum ordinauit, ideſt, conſecrauit. Adde etiam an. Dom 593. Indict. 11. Etherium ſubſcripſiſſe priuilegio Monaſterij S. Medardi, quod habetur infra poſt epiſtolas, & deinceps. Quarè Virgilius Etherio verè ſucceſſit, & Auguſtinus Anglorum Epiſcopus antè hanc 13. indictionem iam conſecratus erat. Neſcio cur Ioannes Diacon. lib. 2. cap. 35 Etherium vatem non Epiſcopum nominat. Conſtat autem ex Sigiberto in Chron. Arelatenſem Epiſcopum fuiſſe. Diſcimus etiam ex eodem Beda aliquot epiſtolas tàm ad Etherium, quàm ad hunc ipſum Virgilium intercidiſſe, quarum exempla quædam tàm apud Bedam, quàm apud Ioannem Diaconum legimus. Lat.

Cap. 98. Gregorius *Martiniano* Epiſcopo Rauennæ) Mariniano. L

Lib. 5. cap. 102. De *Maximiano* Epiſcopo) Mariniano. L

Cap. 103. Gregorius *Maximiano* præſumptori) Maximo. L

Cap. 108. Gregorius Maximiano Epiſcopo *Rauennæ*) Meſſanenſi. L

Cap. 109. Gregorius Bonifacio Epiſcopo *Regitano*) Regienſi. L

Poſtquam Eccleſiæ *Carinenſis* defuncto eius Antiſtite) Carinenſis Eccleſia, quæ fuerit, quærendum eſt. Cathanenſem legimus ſuffraganeam Regienſi. L

Cap. 111. Vt Gratianum Eccleſiæ *Benephrana* Diaconem tuæ concederemus Eccleſiæ *ordinandum*) Venafrinæ. L. cardinandum. L

Cap. 112. Gregorius *Montano*, & Thomæ libertatem *per teſtamentum* dat) Montanę. <. V. C

Nos Montanum, atque Thomam famulos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ) Vos Montanam. V. C

Relaxamus ſeruitutis *peculium*, & quia tu *Montane*) periculum. V. C. Montana. V. C.

Cap. 113. De ordinando Epiſcopo Eccleſię *Lilibitanæ*) Lilybætanæ. L

Cap. 114. Gregorius Narſi Comiti) Hunc eundem puto Patricium ſupra nominari. L

De Synodo *Ephcſiana*, & de cauſa Ioannis) Epheſina. L

Aut abſentia viuendi, aut *à* qualitate viuendi) < F

Non abſentia viuendi, ſed *à* qualitate viuendi) < F

Cap. 116. Velut emiſſum *celeritèr* iubar fidei rectitudo reſplendent) cœlitùs. F

Et ipſi in eas, *in* quas incautè volunt euadere, culpas incurrunt) < F

Cap. 119. Gregorius Dominico Epiſcopo Aphricano) Hunc puto Carthaginenſem Epiſcopum eſſe, quem & infra B. Cypriani mentio Carthaginenſem facit. Lat,

Cap.

Cap. 121. Gregorius Petro Epiſcopo Hydrontino viſitatori Brunduſij, & Gallipolenſi) Gregorius Petro Epiſcopo Hydruntino viſitatori Brunduſij, Lupiæ, & Gallipolis. L

Cap. 122. Gregorius Petro Epiſcopo *Alexandriæ*) Aleriæ. L

Cap. 124. Gregorius *Mariano* Epiſcopo Rauennæ) Mariniano. L

Nàm ſi ſeruum Dei Diaconem veſtrum) Seruumdei eſt nomen proprium. L

Cap. 126. Et tunc ei veſtra dilectio *communicaretur*, ne particeps obligationis eius communicaret. L

Cap. 127. Si verò aliqua in eis culpa *celauerit*) claruerit. F

Cap. 128. Gregorius *Mariano* Epiſcopo Rauennæ) Mariniano. L

Cap. 129. Gregorius Secundino ſeruo Dei non à paribus) Videtur hìc alterius nomen deſiderari, cum addita ſit nota, non à paribus, quæ apponi ſolet ijs epiſtolis, quæ ad plures ſcriptę, diuerſa tamen verborum forma; ſed eadem, retenta ſententia, miſſæ ſunt. L

Cap. 136. Præſentium portatore *Rogitano* Diacono deferente ſuſcepimus) Rogatiano. F

Cap. 137. *Alexandriam* relictam Vincomali commendat) Alexandram. L

Quatenùs *Alexandriæ* magnificæ fœminæ relictæ quondam Vincomali) Alexandræ. F

Cap. 140. Ex habitatorum *Maſſanichoterana*, quorum Epiſcopus) Maſſæ Nichoteranæ. L

Cap. 142. Gregorius Venantio patritio *exmonarcho*) exmonacho. L

De diſcordia intèr ipſum, & Ioannem Epiſcopum V) Syracuſanum. L

Cap. 144. Quæ eſt poſita iuxta *Palacenis*) Palatiniſios. Ita infra lib. 7. c. 48.

Cap. 146. Si miſſas ibidem ſibi celebrari voluerint *ad* te presbyter dirigatur) à. V. C.

Cap. 147. Sicut in *ſchiſmaticis* prauo ſtudio perdurantes) ſchiſmatis. L

Cap. 150. Gregorius Palladio Epiſcopo *Sanctonis*) Sanctonum. F.

Cap. 153. Gregorius Virgilio Epiſcopo *Arelatenſis*) Arelatenſi. Vide quæ notauimus ſupra lib. 4. c. 95.

Cap. 154. Gregorius Deſiderio Viennenſi, & Siagrio *Auguſtino*) Auguſtoduno. V. C. Anſelmus Cantuarienſis tom. 3. epiſt. 10. citat epiſtolam Gregorij ex regiſtro lib. 14. ad Deſiderium Epiſcopum, nè impediat quendam, qui Monachi profeſſionem facere cupiebat; ſed potiùs incitet, & accendat. Epiſtolam eam inter has extare nemo videt, & tot libros non habemus, nàm duodecim tantùm ſunt editi. Quarè notæ numerorum corruptæ fortè dici poſſunt, & nos multis epiſtolis carere. L

Cap. 160. Sed quia in diuerſa ſe tendit, *vbi* concuſſio) vbique. F

Cap. 64. Quàm ad nos eius Synodica *deferentur*, debeamus ſcribere) deferatur. F

Lib. 6. cap. 165. Debetis conſtantiùs occupari V circa gregis Chriſti) &. L

Cap. 169. Eudoxium quemdam vos damnaſſe, comperimus, cuius nomen in Latina lingua, neque in Synodis, neque in libris beatæ memoriæ Epiſcoporum Epiphanij, Auguſtini, & Philaſtrij, quos contra hæreticos præcipuè diſputaſſe nouimus, poſitum reperimus) Eudoxius hic eſt, quem Athanaſius in oratione prima, contra Arianos in Sardicenſi Synodo damnatum Antiochenam Eccleſiam inuaſiſſe ſcripſit in ſententia Ariminen. Synod. & Epiphanius lib. 3. hær. 73. & 75. inter Semiarianos ferè principem nominat, & alibi. Lat.

Cap. 171. Prætereà aſſiduis inſiſtere fraternitas *tua* precibus debet) veſtra. F

Cap. 174. Filio noſtro *Secundo* ſeruo Dei renunciante didicimus) Secundino. F

Cap. 181. Gregorius Sabiniano Epiſcopo *Iadrentin.*) Iadertino. F

Cap. 187. Vt intèr cauſarum fluctus, *quas* aſſiduè patitur) quos. F

Axa filia *Caleph* ſedens ſuper aſinam ſuſpirauit) Caleb. L

Et erga ſubiectos in manſuetudine *compungant*) compingant. F

Et quidem de Sancti Petri Apoſtolorum Principis rebus octoginta annuas libras accipiunt) Monacharum numerus in vrbe ad tria millia pro victu octoginta annuas libras auri à Sede Apoſtolica accipiebant, videlicet 9600. monetæ iuxta æſtimationem an. Dom. 1568. ſed hìc neque aureæ, neque argenteæ dicuntur. Quarè non facilè ſumptus annui ratio conſtare poteſt. Lat.

Cap. 192. Quia ſi erga nos in corde *noſtro* virtutum mater charitas permanet) veſtro. F

Tunc enim oſtenſa charitas vera eſt ſi per *typum* ſuperbiæ) typhum.

Ego enim Ieſum teſtem inuoco in *anima mea*) animam meam. F

Cap. 193. Iuxta vocem Pſalmiſtæ reſonet in tympano, & choro *laudetur*) < F

Benedictionem verò, quam & priùs *per exilaratum* Secundicerium) per Exilaratum. F

Cap. 196. Quæritur autem *Concordeus* Abbas lator præſentium.) Concordius. F

Cap. 199. Gregorius *Domino* Epiſcopo Meſſanenſi) Dono vel Domno. L

Vt de argento *Merienſis* Eccleſiæ, cuius miles eſſe dinoſcitur) Milenſis. L

Quindecim eis libras accepto ab eo *de ſuſcepto* dare modis omnibus debeatis) De ſuſcepto, ideſt, accepto chirographo de argento tradito. L

Cap. 201. Sed quia collatum, ac iuritheum non libentèr bibo, præſumens cognidium requiro) Sed quia colatum, ac erythræum non libentèr bibo, præſumens gnidium requiro. F. Sunt vinorum genera.

Cap. 203. Gregorius *Mariano* Epiſcopo Rauennæ) Mariniano. L

Cap. 204. Si tamen talia loca ſunt, vt ſit ibi vnde *ſubſiſtere* valeant) ſubſtentari. F.

Lib. 7. cap. 2. Gregorius *Cryſanto Epiſcopo Spolitano*) Petro Epiſcopo Aleriensi in Corſica hęc epiſtola inſcribenda eſt, cui altera extat lib. 5. indict. 14. num. 22. cap. 122. & citatur eodem nomine à Gratiano, & Anſelmo. Codd. quoq; Vaticani retinent veram hanc lectionem; Ioannes etiam Diacon. lib. 2. cap. 49.

Presbytero quoque Eccleſiæ, quæ in *Negeugno* monte ſita eſt) Nigeuno. L

Cap. 3. Vndè *ex* quo iret, quia præ ipſa, quam dixi, caligine) &. F

In hoc autem quod ſoli præ alijs *haberi* appetunt) habere. F

Cap. 5. Valdè nobis excellentiæ veſtræ ſtudium placuiſſe *ſignamus*) ſignificamus. F

Cap. 8. Gregorius Leoni Epiſcopo *Catenienſium*) Catanenſium. L

Nec ſubiectis *iterum* contra ſuos præpoſitos effrenata ſit) item. F

Cap. 10. Vt quod ex te neſcis, pœna poſſis *reſecante* cognoſcere) referante. G.

Cap. 11. Gregorius *Conſtantino* Mediolaneñ. *Mariano* Rauennæ) Conſtantio. L. Mariniano. L

Niſi prius *actionibus* publicis abſoluti fuerint) à ratiocinijs. Aliàs. à rationibus. Infra.

Si qui verò ex militaribus *viris* in Monaſterijs côuerti feſtinant) numeris. G. & V. C

Cap. 12. Vt eius ſola nullatenùs patereris eſſe *congregatione* contentus) ſegregatione. F

Sit cæteris charitatis veſtræ reuerſio *ereptionis* officium) erectionis. F

Cap. 14. Vigilantem ſtudete curam *imponere*) impendere. F

Et exceſſus authorem correctionis fræno *ſacerdotali* conſtringite) ſacerdotalis F.

Cap. 17 In eccleſiaſticis vtilitatibus, *obſequijs* Pontificis) obſequijſque. L

Cap. 18. Præſumat de redditibus, de rebus, vel *chartis* prædicti monaſterij) curtis. L

Neque *venient* Abbati quæcunque perſona qualibet occaſione) viuenti. F

Cap. 20. Gregorius Agnello Epiſcopo *Terratinæ*) Tarracinæ. L

Cap. 21. Gregorius *Mariano* Epiſcopo Rauennę) Mariniano. L

Cap. 22. Quia *dùm* ſuperſtitioſæ ſectæ mancipia dominos ſuos) cum. L

Cap. 24. Gregorius *Fauſtino* defenſori) Fantino. L

Cap. 25. Nàm vera documenta *veritatis* ſunt promptiorem in duris) virtutis. F

Cap. 30. Pluſquàm decem millia *Angli* ab eodem nunciati ſunt) Anglorum. L

Cap. 31. Gregorius *Secundo* Epiſcopo Taurom; Secundino. L

Cap. 33. Gregorius Ioanni *Sebillitano*) Scyllaceno. F

Cap. 34. Quem terrenis actibus implicatum *manſuetudo* ſpiritu agere) manſueto. F

Quæ alabaſtrum fudit, domum repleuit *vnguento*) odore vnguenti. L

Pariter *datur intelligi, qua* ſaporem ſe) dat intelligi, quia L

Indict. 2. cap. 2. Eueniſſe, quod præuidimus, *nobiſcum* nunc gemimus) vobiſcum. F

Cap. 5. Qui ei in hac indiſciplinationis prauitate præbuere ſolatium *ſine conſenſu*) ſiue conſenſum. L

Cap. 6. Fruſtra *quondam* ſcandalizari vitio patiaris) quodam F

Aut quam de ſe *aeſtimationem* præbeat) exiſtimationem. F

Cap. 7. Quæ magnopere *altera* pacis ſunt fouenda) alterna. F

Cap. 9. Latores præſentium de Capritana inſula) Videndum quænam ſit inſula hæc Capritana, quam infra epiſt. 99. Capream vocat; nàm in mari infero in Thuſcia eſt Capraria, & in Campanis Capreæ iuxtà Surrentum. Neutri verò harum conuenire videntur, quæ hic, & infra narrantur. Ex epiſtola ſequenti intelliges Capritanam inſulam aliam eſſe à duabus prædictis. L

Cap. 10. Quouſque ad fidem catholicam *Hyſtriſci* Epiſcopi conuertantur) Iſtriani, vel Iſtri. L

Cap. 13. Gregorius Seuero Epiſcopo *Anconitanenſi*) Anconitano. L

Cap. 16. Et *ipſa* ad perſoluenda eadem legata, vel conſtructionem) ipſam. F

Cap. 22. Quæritur quod *Marchilai* viri clariſſimi medici) Archelai. F

Cap. 25. Viſitationem *Meſſenatenſis* Eccleſiæ iniungit) Miſenatis. L

Cap. 26. Gregorius clero, ordini, & plebi conſiſtenti *Meſſanæ*) Miſeni. L

Cap. 27. Et ex rebus tranſitorijs manſura *ſuper* charitatis lucra) ſemper. F

Ac pacificè terminata ſunt, *ne* quocunque tempore) < L

Cap. 30. Conſentius defenſor *paternæ* gloriæ veſtræ) pater. L

Commiſſi ſibi patrimonij Campaniæ curam geſſit miniſteria Eccleſiæ *Vulterna*, quæ erat pro peccatis Clero, & Pontifice deſtituta) Volturnenſis. F

Cap. 31. De miniſterijs Eccleſiæ *Vulterna*) Volturnenſis. F

Cap. 35. Vt multis diſpendijs præterita non *commodent*) condemnet. F

Cap. 36. Gregorius Chriſanto Epiſcopo Spoletano) Chryſanto Epiſcopo Spoletino. L

Cap. 37. Atque promiſiſſe ſex ſiliquas per ſolidum lucri) Solidus 24. ſiliquarum eſt; ſex ſiliquæ quarta pars eſt ſolidi. Solidus enim pendit quatuor ſcrupula, obolos verò octo; ità cum ſolidus aureum nummum tertia parte ſuperet, valeatque hodiè an. 1568. iulios decem, & ſeptem, & inſuper partem alterius quartam; ſiliqua valeret iulij tres quartas, ideſt, dodrantem, licet aucto auri pretio ampliùs aliquid valeat. Solidorum tremiſſes olim ab

ba Alexandro Imperatore excogitatos, & percuſſos, legimus quidem; ſed non in vſu poſitos fortè. Erant enim grauiores ſolidi, ideſt, drachmarum duarum, vt ſcripſit Lampridius in eius vita. Solidi autem LXXII. erant in auri libra, vt ſingula quaterna ſcrupula penderent. Horum ſolidorum tertiam partem habebant tremiſſes, ità vt ſex argenteos denarios noſtros Romæ valerent an. 1568. Lat.

Cap. 40. Quia notitia eiuſdẽ donationis non eſſet de *pollicitis caraxata*) polyprichis charaxata. F

Cap. 46. Tàm * clericorum querela, quàm aduerſus eum, ſicut diximus,) de. F

Cap. 47. De damnatione Pelagij, & *Caleſtini*) Celeſtij.

Vt charitas veſtra eandem Synodum apud Sanctam Alexandrinam, *atque Antiochenam* Eccleſiam requirat) Non videtur veriſimile Epiſcopum Antiochenum moneri opportuiſſe, vt apud ſe requirat, quæ habebat; quare mendum eſſe in verbo Antiochenam opinor. L

Cap. 48. Gregorius *Bonæ Abbatiſſa*) Bono Abbati; ità ſupra lib. 5. cap. 154. eandem omnino epiſtolam ſcribit. L

Cap. 49. Noſque precibus *arguentium* inſtantius hortaremur) vrgentium.

Et ſi ea in eo, quæ in textu *heptatici morte mulctati ſunt*) heptateuchi continentur. G

Cap. 50. Gregorius *Leoni Epiſcopo in Corſica*) Clero, & plebi Ariminenſi. L

Cap. 53. O quanta *aſpiratione* vitæ plena ſunt, quæ per gratiam ſpiritus) ſpiratione. F

Cumque inſenſibiliter in hoc delectatio *ſurripit*) ſurrepit. F

Cap. 54. Reducite ad animos proſperitates temporum, multitudinem *hominum*) honorum. F

Cap. 56. De Clericis *Cumanis* ad vnitatem Eccleſiæ reducendis) Comenſibus. F

Cognouimus clericos Eccleſiæ *Cumenſis*) Comenſis. F

De hortis vero, quos in capitulare tranſmiſſo ex ſubſtantia, *& Italia* Vitalis. F

Cap. 58. Quæ ſi manifeſtè *culta* ſunt, & ipſa ſine ambiguitate) tulta. L

Cap. 59. Et ſæpius ſe ſupplicantem *ideo* reddere contempſiſſe) id ei. F

Cap. 60. De portionibus tibi competentibus in *Meſſalenas*, & San anteria) Maſſa lena. F

Cap. 62. Seueram in eis vltionem, & canonicam *exhibet*) exhibe. F

Cap. 63. *Quod* apud Græcos nullo modo dicitur) Quot. F

Cap. 64. De Epiſcopo *Conſtantinopolitano* de crimine accuſato) Byzaceno. L

Cap. 65. Experientiæ ergo tuæ denunciamus, vt non deinceps tale aliquid facere *præſumant*) præſumat. L

Cap. 66. Eoſque à tanti labe ſacrilegij, & diuini *intentione* iudicij, & præſentis vitæ *paruulo*) interminatione. Aliàs. periculo. L

Atque per hoc, *& fatigationibus* fuerint deprehẽſi) ex fugationibus. V. C.

Cap. 68. Gregorius *Conſtantino* Epiſcopo Mediolanẽſ.) Conſtantio. L

Cap. 70. Vectano, qui comes fuit in *Miſſinati* caſtello) Miſenati. L

Gloria veſtra *curas* addiſcere) curet. L

Cap. 72. Gregorius Criſanto Epiſcopo Spoletano) Chryſanto Epiſcopo Spoletino. L

Vt deuotionis ſuæ in *conſeruatione*, quam poſtulat) conſecratione. F

Cap. 73. Gregorius Conſtantio Epiſcopo Panormitano Eccleſiæ Tarracinenſis viſitationem committit) Agnello videtur commiſſa viſitatio infra lib. 12. cap. 18.

Cap. 75. Gregorius Criſanto Epiſcopo Spoletano) Chryſanto Epiſcopo Spoletino. L

De ordinatione Clericorum *Viuanenſis* Eccleſiæ) Quæ ſit Viuanenſis Eccleſia non conſtat. Supra lib. 1. ep. 78. nominatur Vianenſis Eccleſia Epiſcopo deſtituta, neque in qua ſit prouincia ſatis conſtat. Vtrum autem eadem illa cum hac Viuanenſi ſit, difficile eſt iudicare. L

[illegible] de *amore* Scrinij noſtri nihil vos) more; nam ex more ſeruato ſemper, vt viſitator promouere clericos non audeat, niſi licentia in forma viſitationis expreſsè data fuerit. L

Cap. 77. Gregorius Bonello Epiſcopo Erogatori) Donello Erogatori. L

Cap. 81. Gregorius Maximo *Salonitanenſi* Epiſcopo) Salonitano. L

Cap. 86. Ibidem ſeruientium antè dedicationem loci ipſius debeant *profligari*) prouideri. F

Cap. 87. Gregorius *Fortunato Epiſcopo Mediolanenſi*) Gaudioſo Epiſcopo Eugubino L

De viſitatione Tadinenſis Eccleſiæ) Tadinates erant vbi nunc eſt Vualdum, vel Gualdum, nam ibi in agro oppido proximo locus eſt, vbi dicitur la Pieue di Tamo. Vide Plinium. Procopius lib. 3. belli Gothici Taginam vocauit. L

Cognoſcentes Eccleſiam *Cadinenſem* diù Sacerdotis) Tadinenſem. L

Cap. 88. Gregorius clero, ordini, & plebi conſiſtenti *Tadinas*) Tadini, Tadinæ. L

Gaudioſo *Egabinæ* Eccleſiæ ſolemniter delegare) Eugubinæ. L

Cap. 89. Viſitationem iniungit *Auſina* ciuitatis) Aeſinæ. L

Poſtquam ciuitas *Auſina*, Deo iuuante, recuperata eſt) Aeſina. L

Cap. 93. Qualiter vos contra *Hyſtricorum* ſchiſma) Iſtrorum, vel Iſtrianorum. L

Cap. 95. Gregorius *Gulfari* Magiſtrum militum) Hic fortaſsè eſt Vlfaris dux Taruiſinus, cuius meminit Paulus Diacon. lib. 4. de geſtis Longobard. cap. 1.

Vt non *ſit* quo hi, qui adhuc in errore ſunt poſiti) deſit. L

Cap. 102. Indicamus itaque *Arnulphum* de ſeruanda pace) Ariulphus dux Spoletanus. Aliàs

Aut ſit nullus contra *Arogis* exercitum) Arachis

Beneuenta nus dux. Aliàs

Quia in aliquid *paruum facilem ſibi exercendi* occaſionem) paruum facilem ſibi excedendi. L

Cap. 103. *Sauinus* ſiquidem frater, & Coepiſcopus noſter) Sauinianus. F

Aſſerens à *viatore* ex tribuno *Hydrontinæ* ciuitatis) Viatore. L. Hydruntinæ. L

Cap. 104. Gregorius Sauiniano Epiſcopo *Calliopolitano*) Callipolitano. L

Cap. 106. Filius noſter *vir* magnificus *Occilla* tribunus) Occilianus. Ità ſup. c. 103.

Sirontinæ ciuitatis ad nos veniens puerum vnum) Hydruntinæ. L

Cap. 110. Gregorius Syagrio, *Betberio*, Virgilio, & Deſiderio) Aeterio. Infra.

Quæſitus refugit, ſacris eſt altaribus *admouendus*) admouendus. L

Quid [v] agit, niſi vt creſcendo decreſcat, & [illegible]ſcendendo) aliud. G

Vt ad *ſumma* Sacerdotij non ſuffragio vendit[illegible]) ſummam. F

Nàm cogit vendere, quos *decipit*, vt [illegible]) decepit. F

Vt & de incidentibus cauſis diſreptatio ; *& ſit* ſalubris) ſit &. F

Cap. 111. Per definitionem ſynodicam à Sancta Eccleſia *remoueri*) remouere. F

Cap. 114. Dubium non eſt, quod præmium illic delicta *commendeyt*) commendet. F

Cap. 115. Et *aliis* hæc operari ſtudeat, dum ſe in cuſtodienda) alios. F.

Cap. 121. Cum in regni regimine virtus *iuſtitia*, & poteſtas egeat æquitate) iuſtitia. F

Cap. 123. Gregorius *Aſclipiadoto*.) Aſclipiodoto. L

Cap. 124. Veſtræ gloriæ de *Occidentibus* partibus hucuſque odor) occidentis, vel occidétalibus. L

Cap. 125. Minimè *nouerat*, ſed eis altitudo veſtri cordis patuit.) nouerant. F

Neque de eorum numero eſſe pertimeſco) Meque. F

Cap. 126. Probatio virtutis eſt non *iudicium* reprobationis) ind[illegible]m. Aliàs

Ita *ſurripiente* ſub[illegible]o flamma incenſum eſt, vt omnimò) ſurrepente. F

Cap. 127. Gregorius *Italia* patriciæ, & Venantio.) Italicæ. L

Cap. 128. Ab Excellentiſſimo Exarcho in quotidiana militum præfectura ſunt *mutati*)mutuati. L

P[illegible]num vt *togam* illarum partium. faciatis) rogam. L

Cap. 129. Quod foris accepiſſe oſtenderis, intus *habes*) habebis. L

Lib. 8. Ind. 3. cap. 2. *Toga* quoque militum ità per prædictum conſanguineum) Rogæ. L

Cap. 6. Nam *ſacrilegum*, & contra leges eſt, ſi quis, quod venerabilibus) ſacrilegium. L

Cap. 9. Sanctimoniali de monaſterio egreſſa *marito ſociata*) < F

Apud ſe nuncuſque *impedité* retineat)impudicè. F

Cap. 10. Decem libras auri à Reuerendiſſimo *filio* noſtro Baſilio) < F. fratri. F

Cap. 23. Nunquid [v] vobis ſcripſimus, vt priùs probaretis) non. F

Nè quis eorum aut non ſit contentus [v] quod voluit) eo. F

Nàm *dum* graue ſit inexpertos hominum ſociari obſequi[illegible]s.) cum. L

Cap. 30. Gregorius *Conſtantino* Epiſcopo Mediolanenſi) Conſtantio. L

Si tamen eandem confeſſionem ſubrilitas examinis ex occultis *egerret*, [illegible]. L.

Cap. 32. Gregorius Secundino *Tauromitanenſi*) Taurominirano. L

Cap. 33. *Eulogium* condidiſſe, atque ſex vncias Eccleſiæ) Elogium. L

Cap. 34. Gregorius *Fulgio Epiſcopo Bluſino*) Eccleſio Epiſcopo Cluſino ; ità infra lib. 11. cap. 54.

Cap. 36 De Iuliano ſcribone, & de *Frotinianiſtis*) Fotinianiſtis. L

Ità vt in comparatione ſui temporis fœlices *non* exiſtiment) nos. F

De *Frotinianiſtis* autem fraternitas tua ſit omninò ſollicita) Fotinianiſtis. L

Quia à me nullam violentiam patientur, ſed rationem *reddo*) reddam. F

Cap. 37. Gregorio Innocentio *Epiſcopo*) Præfecto Aphricæ. L

Cognoſcentes quale ſtudium in præparandis *drumonibus* [illegible]ſeritis) dromonibus. L

Cap. 40. Petrus autem *idem* diaconus, quem à vobis electum eſſe aſſeritis) item. F

Cap. 42. Atque in eo ſenſu, *quo l* dudum ſcripſeram ; ita reſcribo) quo. L

Cap. 44. Quatenus & illic remedium ſit, & veſtra debeat eſſe *monitio*) munitio. F

De cæteris verò rebus, quæ apud *nos* ſunt) vos. F

Cap. 45. Nàm quid aliud detrahentes faciunt, niſi in puluerem ſufflant, atque in oculos ſuos terram excitant) Sententia videtur præpoſterè colligenda, & dicendum. Niſi in terram ſufflant, atque in oculos puluerem excitant ; nàm puluerem ſibi excitat, qui in terram ſufflat non autem è contra. L

Cap. 46. Gregorius Eccleſio *Epiſcopo Eluſino*) Cluſino. L

Cap. 50. Qui egredientes cum *Marco* viro magnifico Seribone) Azimarcho. Infrà epiſt. 57. & 60.

Prætereà de ſubſtantia Theodori Epiſcopi, *quem* Eccleſiæ veſtræ iuri ſcripſiſtis fuiſſe *ſuperpoſitam*) quam. F. ſuppoſitam. F.

Cap. 51. Tota ſimul prouincia gratias referebat, *indicaui*) indicaui.

Cap. 53. Leontio glorioſo filio noſtro nitantur *ſurripere*) ſurrepere. F

Vt *ſurripiendi* cuiquam illic locus non pateat.) ſurrependi. F

Cap. 54. Gregorius *Bono* Epiſcopo Meſſanenſi) Dono, vel Domno. L

Cap. 57.

Cap. 57. Vt verbum, quod ei per *Alimarcum* virum magnificum) Azimarchum. Infra.

Cap. 58. Gregorius Bonifacio Epiſcopo *Regio*) Regienſi. L

Cap. 63. Gregorius Decio Epiſcopo *Lillabitano*) Lilybætano. L

In domo ſiquidem iuris ſui intra ciuitatem *Lillabitanam*) Lilybætanam. L

Vaccas decem, *taſtulas* vinearum numero quatuor.) haſtulas. F. vt ſit menſuræ genus, vt decempeda, & pertica, qua vineæ aream, id eſt, ſolum metimur.

Lib. 9. Ind. 4. epiſt. 1. Vt & malos ab actione *propera* corrigatis) præpropera. L

Epiſt. 3. Diaconem *Marini* commendat) Mariniani. L

Ep. 6. Gregorius *Talitano*) Iuliano. F

Ep. 9. Eas modis omnibus, & fieri, habere permitto) &. F

Adorare, verò imagines omnibus modis *denita*) deueta. F

Ep. 20. Defuncti *depoſitio* modis omnibus conſeruetur) diſpoſitio. V. C.

Ep. 22. Imperantibus Domino Mauricio, & Tiberio Auguſtis) Mauritio, & Theodoſio omninò legendum videtur. Mauritius enim An. Domini 583. creatus Imperator poſt Tiberij mortem, filium ſuum Theodoſium Auguſtum appellauit An. Domini 591. imperarunt, ambo poſt hunc annum An. 10. ita vt Mauritius conſulatus continuauerit an. 11. atque idem annus finis Imperij, & conſulatus fuerit, id eſt, An. Domini 602. quo anno contigerunt, quæ hic narrantur. Lat.

Ep. 23. Vt in huius abſolutione multis poſſit ferre *conſilium*.) conſultum. F

Ep. 24. Melius tamen eſt ſi *per* quietem ſuam de his muniti fuerint) propter. F

Ep. 25. Gregorius Venantio *Epiſcopo* Syracuſano) Patricio. L

Ep. 27. Quanto de fraternitatis tuæ *nutrimento* lætatus ſum) incremento. F

Ep. 29. Dandi ſunt ſolidi ſexaginta *duo*) tres. F

Vel ſi viſum fuerit amplius *dimittantur*) admittantur. F

Ecce nos quantum, vel quibus *dare* debeatur diſtribuimus) dati, vel dare debeatis. L

Ep. 37. De qua te ſæpius de vobis quæſtu clam *depoſuiſſe* ſignificauit) ſe poſuiſſe. L

Ep. 38. Quia in eiſdem epiſtolis ad me, quod ſemel eſſe poterat) ſatis. L

Ep. 41. Nè fortè dùm Epiſcopi *iura* eadem eius non habet) curam. L

Ep. 45. De inuaſione hoſtium, & *letanijs* faciendis) litanijs. L

Vt omni hebdomada quarta, & ſexta feria *letaniam*) litaniam. L

Ep. 48. Gregorius Deſiderio Epiſcopo Galliæ) Viennenſi. L

Vt fraternitate veſtra *ſollicitante*, nulla illos) ſociante. F

Ep. 50. Gregorius Aetherio Epiſcopo Galliæ) Lugdunenſi fortè, quia Irenæi Epiſcopi geſta videntur ad Eccleſiæ Lugdunenſis iura meritò pertinere. L

Ep. 58. Vt videant, qui oderunt me, & *non* confundantur) < L

Ep. 61. Gregorius Quirino, & cæteris Epiſcopis in *Hybernia* Catholicis) Iberia. V. C. Quæ prouincia inter anguſtias ponti Euxini, & Maris Caſpij ſita eſt, vt huius epiſtolæ verba manifeſtò indicant, in qua ſcribitur literas cum rebus alijs deperditas fuiſſe in Hieroſolymorum vrbe. Quid enim Hibernis opus fuit Hieroſolymam in itinere ad Vrbem Romam ſuſcepto diuertere? Quod tamen iter Iberis ferè vnû neceſſarium eſt, vt ab ora Syriæ in Italiam ſoluant. L

Ep. 69. Gregorius Euſebio Epiſcopo *Theſſalis*) Theſſalonicenſi. L

Lib. 10. Ind. 5. ep. 1 Præterea ex tranſmiſſione veſtræ ſanctitatis Beati *Agilegi* Martyris benedictionem) Agilei, cuius fit mentio in Martyrologio die 15. Octobris. L

Ep. 3. Illic in monaſterio *conuerſationis* cauſa ſeſe retinuit) conuerſionis. L

Ep. 12. Annio comes caſtri Apartienſis *Firmenſis* territorij) Firmani. F

Ep. 13. Gregorius Paſſiuo Epiſcopo *Firmenſi*) Firmano. L

Ep. 24. Ennino Sabino Subdiacono iniunximus, vt aliquantas de partibus *Britannorum* incidere) Brutiorum, apud quos Sabinus Subdiaconus erat: nam Samnitum, & Lucanorum, & Apulorum prouincias regebat. Certè vox Britannorum corrupta eſt: vndè enim quis tanto interuallo trabes, tantis laboribus, tantoque ſumptu adduci ſperet, poterit ſanus probare?

Ep. 25. Gregorius *Arogi* Duci) Paulus Diacon. lib. 4. cap. 6. de geſtis Longobardorum Arichem vocat, & totam epiſtolam inſerit: fuit autem Dux Beneuentanorum, ſucceſſitque Zaroni, eiuſque ex filio Varnefrito nepos extitit.

Vt de partibus *Britannorum* aliquantas incidere) Brutiorum. L

Ep. 35. De Paulo *Dyaclina* ciuitatis Epiſcopo) Docleatinæ. V. C. Doclea vrbs in Illyrijs prope Scodram à Ptolomeo locatur. à Plinio in Liburnia lib. 3. cap. 22. vndè Docleatæ. L

Paulum *Dyaclinæ* ciuitatis Epiſcopum inter alia mala) Docleatinæ. L

Ep. 36. Qui ſe dicit *Dyaclinæ* ciuitatis eſſe Antiſtitem.) Docleatinæ. L

Et quia tanti cauſa flagitij negligi, vel *tranſiri* non debet impunita) tranſire. L

Ep. 43. Gregorius *Deodato* Epiſcopo Mediolanẽſi.) Deuſdedit. L

Itaque fraternitatem veſtram tempore, quo *ad* nos fuit) apud. F

Ep. 45. Filio noſtro Florentino Diacono Xenodochio *Anicbiorum*) Aniciorum. F

Ep. 54. Per latorem præſentium tranſmiſimus

emphibalum , tunicam, vel pectoralem , vt à te ei debeat ſinè mora tranſmitti) amphibalum . L. < L

Ep. 56. *Commemoratis* igitur , quod ego nouitatis ambitione) commemorat is. F

Nullus ergocontra me domino meo conetur *ſurripere*) ſurrepere . L

Lib. 11. Ind. 6. Ep. 4. Vt monaſterio veſtro ipſum *munire* monaſterium deberemus) vnire . L

Ep. 5. Vel vineas in fundo , ſicut nos docuiſti *Carſiniano* pariter) Corſiniano . L

Ep. 7. Gregorius *Eleutherio* Epiſcopo) Aetherio . L

Ep. 10. Qui eidem Xenodochio, atque monaſterio abbas in poſterum *fuit* ordinatus) fuerit. L

Ep. 11. Gregorius *Theſſaliæ* Abbatiſſæ) Theſſalæ. L

Ep. 12. Gregorius Lupponi *Epiſcopo*, & Abbati) presbytero . L

Ep. 14. Gregorius Venantio *Epiſcopo* Patricio) < L

Ep. 18. Id eſt , *condoma* vna , boues per vnum , armenta capita quinque) condumia . F

Ep. 19. Quam rem cum ſumma *celebritate*, ac diſtrictione conuenit emendare) celeritate. L

Ep. 24. Qui quaſi comes *priuatorum* dici vult) priuatarum . F

Ep. 30. De facinoribus Benenati *Meſſenatis* Epiſcopi) Miſenatis . L

Ep. 33. Vt eis à te conuocatis ex noſtro illos mandato diſtrictè commoneas) ad. L

Ep. 35. Gregorius *Deodato* Epiſcopo Mediolanenſi) Deusdedit . L

Ep. 40. Quod *Epiſcopi* cum mulieribus habitare non debeant) Presbyteri. ∽:

Vt ad notitiam fratris, & Coepiſcopi noſtri *Chriſanti*) Chryſanthi . L

Ep. 44. Sed det vobis in veſtra pietate *Pulchra* Auguſtæ clementiam) Pulcheriæ . L

Ep. 49. *Tabellarium* vna cum conſenſo ſeniorum, & cleri memineris ordinandum) Tabularium. L

Cum omni ſtudio ſeruata ciuilitate in ius Eccleſiæ tuæ *preparare* feſtina) recuperare , vel reparare . F

Ep. 52. Monachos monaſterij in *Capricana* inſula , quæ iuxta Maioricam inſulā eſt poſita) Capraria , quæ in Tuſco mari ſita eſt; abeſt autem à Maiorica gradibus [illegible] XIII. L

Ep. 54. Gregorius Io[illegible] *ineunti* Hiſpaniam) eunti in. L

Diaconiſſam , & Monaſtriam , aut *Aſſiſtriam* habeat ali[illegible]ctionem.) Aſcetriam. L

Item eiuſdem [illegible]li Conſt. V. Imperator Leo Auguſtus *Eutorio*) Eutropio . L

Ep. 57. Conſtituerat v monaſterio, quod in domo ſua fundari ſtatuerat, & poſtea) in . L. < L

Ep. 60. *Ideoque* fraternitatem tuam his hortamur affatibus) Ideo F

Lib. 12. Ind. 7. ep. 2. Relectis igitur fraternitati tuæ epiſtolis , quæ de Caſſiopi caſtro , quod in tua ſitum eſt diœceſi ab Epiſcopo Iſauriæ ciuitatis) A Coſmographis Iſauria inter Ciliciā, & Pamphiliam collocatur regio , ibique Iſaura ciuitas , quæ cum longiſſimo interuallo à Corcyra inſula , & caſtro Caſſiopi in ea ſito diſtet, parum veriſimile videtur ab Epiſcopo Iſauriæ caſtrum illud occupari potuiſſe, aut illuc S. Donati corpus transferendi facultatem poſtulaſſe , & clero ſuo hoſpitalitatem . L

Ep. 3. Gregorius Bonifacio Diacono *Conſtantinopolitano* .) <. Non enim Conſtantinopolitanus; ſed Romanæ Eccleſiæ Diaconus , & reſponſalis erat . Similis error ſupra lib. 4. ep. 39.

Ep. 5. Gregorius Deſiderio Epiſcopo Galliæ) Deſiderius Epiſcopus Viennenſis Galliæ, qui ſupra lib. 9. ep. 48. frater appellatur, non videtur hic pro more appellari , cum Magnitudo Veſtra pro Fraternitas Veſtra ſcriptum legamus . Res tamen ab Epiſcopo iudicanda omninò debet , niſi militis perſona obſtare putatur. L

Ep. 7. Tranſmittere *filateria* curauimus , ideſt , crucem) phylacteria . L

Ep. 8. Supraſcriptus Petrus *chartularum* protulit) capitularem. F

Quatenus huiuſmodi *perueniente* cautela) præueniente, vel præmuniente . L

Ep. 9. Vtile indicauimus eandem maſſam , quæ Aquas *ſaliuas* nuncupatur) ſaluias. L

Quod eſt ancillarum Dei poſitum ad S. Paulum, & *ad fines* poſſeſſionis) affines. F

Ab vno latere poſſeſſionis *Eugentis quondam ſcolaſtici*) Eugentij quondam ſcholaſtici . L

Vt ſupraſcriptam maſſam Aquas *ſaliuas* cum prænominatis omnibus fundis ſuis) ſaluias. L

Honuphrius Panuinius in libello de ſeptem Eccleſijs pag. 90. Ex porticu Baſilicæ S. Pauli Apoſtoli diploma Gregorij ibi in pariete deſcriptū recitat, ex hac epiſtola ſumptū, atque ibi Aquas ſaluias nuncupatas à Saluia gente nobiliſſima , ex quo Otho Imperator ortus eſt, exiſtimat ſuiſſe dictas: Gregorij tempore non dum in ea maſſa extructum fuerat monaſterium , quod dicitur Tres Fontanæ in honorem S. Anaſtaſij martyris . L

Ep. 12. Quatenus veniens ad *nos* is , qui patrimonium ipſum recturus eſt) vos. F

Ep. 14. Gregorius *Datiano* Epiſcopo Metropolitano) Domitiano . L

Ep. 16. Pretium quoque de emendis culcitris , *vel* naula dedimus) & . F

Ep. 20. Ob hoc ea , quæ in *mareis* de iure quondam Patricij viri) maſſis . F

Ep. 23. Hoſtis collectam habet, & *Narinas* dicitur reſidere) Narniæ. F

Ep. 24. Gregorius vniuerſis *Epiſcopis* Neapolitanis) militibus .

Ep. 25. Gregorius *Iouino* Cathanenſi *Epiſcopo*) Iouino . L. < L

Ep. 28. Gregorius Anthemio Subdiacono) Verba huius epiſtolæ non videntur Gregorij conſuetudinem referre, cum ad ſuos Subdiaconos ſcribit : ſolet enim mandare , præcipere, & non

corum

eorum gloriam; ſed ſtudium, curam, vigilantiam appellare. L

Ep. 30. Penſiones quoque nonæ, & decimæ indictionis, quas *egiſti*) exegiſti. F

Cui volumus CCXX. *decimatos* vini, & quatuor ſolidos annuos debeas miniſtrare) decimatas. F

Codicem autem *Heptatici* de ſubſtantia Antonini) Heptateuchi. L

Ep. 31. De Epiſcopis non *detrahendis*) detrahendo. L

Non enim poteſt mens attrita, & *honoribus*, & importunitatibus grauata) oneribus. F

Ex priuilegio Monaſterÿ Suetonen.

Fidiculas enim idem eſſe, quod vngulas) Fidiculas vngulas non eſſe Quintilianus 19. ideſt, vltima Declamatione demonſtrat, cum ſcripſit. Ideo enim equuleos mouebam artifex, ſenex tendebam fidiculas ratione ſæuitiæ, & leuiter ſedibus ſuis emota compago per ſingulos artus membra laxaret: ſic legendum puto, non tenebam fidiculas. L

24. *g.* Suram dictam Greg.) Gregorius Suram prouinciam nominat, non locum, & Plin. loc. cit. Vmbros populos enumerans, Suarranos commemorat. Sorianum autem caſtrum in Tuſcia quinto lapide à Viterbio abeſt. L

25. *b.* Oecumen. in Act. Apoſt.) Oecumenius in Act. cap. 9. Ananiam hunc fuiſſe Diaconum, vt Paulus in Canonibus, atteſtatur. Qui nam autem hi ſint Canones, quærendum eſt. L

27. *a*. Errat omninò, niſi ſit mendum in Codice, Theodorus) Verba Theodori hæc ſunt in meo Codice. Deinde ſub illius imperio, & Patriarcha Proclo reliquiæ Chryſoſtomi allatæ ſunt,& ad Sanctos Apoſtolos depoſitæ quinto kal. Febr, ità vt ſatis cum veritate conſentiat Theodorus: loquitur enim de die depoſitionis, & non tranſlationis.

28. *f*.Nàm nouatianæ ſectæ addictus homo erga Cyrillum) Vide quæ de Cyrillo ad Cyrillum ſcripſit Iſidorus Peluſiota ep. 310. & alibi.

Interfuiſſe Concilio *Eliberino*) Eliberitano; ità veteres manuſcripti, & Codex Regius.

30. *f*. Seditque temporibus Hadriani Imp. & non Traiani) Hadrianus Traianus quoque dictus eſt, quod adoptione nomen ſortitus eſt. L

31. *b*. Vt apparet ex eiuſdem Leonis epiſtola centeſima ad Gennadium) In meo Codice Leonis epiſtolæ ſunt nonaginta octo, & nulla extat ad Gennadium.

Februarius.

3. *a*.Tamen cum addit ſub conſulatu Attici, & Marcelli, & ipſe errat) Honuphrius Coſſ. Palma, & Tullo ſcripſit An.110.ideſt,Traiani Imp. an. 11. verè. L

b. In libro enim *7.cap. 46*.) cap.47.vbi vide,quæ ſcripſit in eum locum Franciſcus Turrianus, qui fortè nodum hunc acutius vidit, commodiuſque diſſoluit. L

g.Non tantum Syris,atque *Meſopotamis*) Meſopotamijs, vel Meſopotamitis, vel Meſopotamienis, vel Meſopotamenis. F

8. *e*.Clemens. Conſt. lib. 7.cap.47.licet Metaphraſtes) Extant apud Surium ex Metaphraſte; ſed nihil indè in latina verſione habetur, præterquam Cæſareæ Paleſtinæ Archiepiſcopus appellatur Ioannes. Clemens loc. cit. Cornelium Cæſareæ Epiſcopum ſecundum; Zachæum verò publicanum primum fuiſſe ſcripſit. L

3. *c*. Eſt neruus ferreum vinculum) Cum nerui, ac ferri hìc fiat mentio,non videtur neruus ferreum hìc vinculum ſignificare. L

8. *g*. Sed quoniam in recentiori editione S. Amb. Romæ facta Cenetenſis pro Citinenſi) Quo loco editionis Romanæ ità reſtitutum legitur? L

9. *c*.Soli dicta eſt ciuitas in Cypro,de qua Strabo). Solos ciuitatem omnes in Cilicia locant. In Cypro neque Strabo, nec quiſquam, quod ſciam. Vide infra 15. Martij in Auxibio Epiſcopo Solicenſi ex Metaphraſte in eius vita, vbi Cypri vrbs Solienſis ſcribitur. L

10. *b*.Additum in laudem eius; *qua* quidem alterius eſſe) quam. L

12. *a*.Prudentius in Periſteph. egregio carmine cecinit) hym. 3.

16. *c*. Recenſet Ioſeph. lib. de Mach. cap.7.) ſi Græca verba Ioſephi conſules miraberis,quàm diuerſa ſint ab ijs,quæ hic recitantur. L

17. *b*.Licet de Perſis nulla apud eos mentio habeatur) An neſcis longas Regibus eſſe manus? Non fuit neceſſe Decium Perſis bellum mouere, vt ſub eius perſecutione Polychronius Martyr occumberet. L

f.S.Hier.ad Pamach.in apol. aduerſus Ruf.) Vide in Iob. c. 31.

18. *d*.Idque ex ſententia Marcellini Comitis.) Quẽ ſequutus eſt Honuph. in Chr. L

Vbi ait eum exulaſſe factione Dioſcori) Epipam. L

Sed hæc quidem omnia repugnare videntur Actis Sacroſancti Concilij Chalced.) Marcellinus Comes Flauiani exilium narrat, non mortem; Aliqui etiam Flauianum in carcerem conicctũ cum Euſebio Epiſcopo Dorilacenſi ſcripſerunt, quod fortè antè coactam Synodum fieri potuit, & vtrumque verum aſſertum. L

Poſtquam Hilarius Diaconus legatus) Iulius enim Epiſcopus, Renatus Presbyter S. Clementis, Hilarus Diaconus, Legati. L

20. In Cypro inſula Sanctorum Martyrum *Pothamy*) Potamij. F

25. *b* Auctoritatem cuiuſdam alterius manuſcrip. Bibliothecæ) Martyrologij. F

Nos autem Romano plus deferimus) Socij quidem fuerunt, ſed non omnes, qui in carcere detinebantur ſocij eodem die paſſi ſunt; ſed aliquot tantùm, qui fortè fame priùs conſumpti ſunt. L

c.Felix autem quartus obijſſe dicitur) Felix moritur an. 440. Gregorius moritur an. 604.

Hac itaque habita ratione vtriuſque Felicis) Finge vtrumque eiuſdem ætatis fuiſſe, cum mortui ſunt. Intercedunt itaque anni 164. quos ſi diuidas in gradus quinque, dempto Gregorij vitæ tempore annorum ſaltem 64. conficies generationi, vel gradui annorum viginti ſpatiũ. Quod probabile non ſolum; ſed neceſſarium omnino ſtatuendum eſt. L

26. *e*. De S. Aug. de pec. orig.*lib.1.cap.10*.) lib. 2. cap. 8. L

Martius.

2. *c*.De ſupplicio decreto aduerſus irriſores) Sed non eſt ad eam pœnam trahendum hoc, cum ibi diuturnæ vitæ in tormentis finis electus fuerit: hic verò contra in vas incluſa demerſa in paludem ſit.

2. *f*.Colligitur Longobardorum alios fuiſſe idolatras) Et Italos quoque eas in partes diſtribuemus, Gentiles, Arianos,Catholicos etiam Gregorio Pontifice. L

7. *b*. Meminit Tertullian. de ipſarum altera, Perpetua, ſcilicet, lib.de anima) cap. 32.

8. *f*.) Gennadius meus Lugdunen. & Roman. editus poſt Hieronymi opera Pomerium Gallum presbyterum octo libros, quorum argumenta enumerauit, conſcripſiſſe ad Iulianum Epiſcopum, & verum presbyterum prodidit cap. 95.

quod

quòd penultimũ eſt eius Catalogi, in quo de ſe nihil ſcripſit. Vnde Trithemius cum Baronio in exemplaria integriora incidit. L. Scripſit autem Iulianus Pomerius Epiſcopus Toletanus aduerſus Iudæos libros tres, qui excuſi antè aliquot annos paſſim circumferuntur. Libros verò tres inſcriptos Iulianus Epiſcopo Toletano habemus tom. 3. Biblioth. Sanctorum Patrum, in quibus Iulianus Pomerius ſæpiſſimè citatur, atque Gregorius Papa 1. alicubi. L

9. *b.*Dum recenſet ſupplicia militaria) Hic non pœna militaris, quæ mortem afferebat, ſed ſpecies tormenti fuit viuentibus. L

e. Hac ergo vi loci, & temporis immanitate perſpecta) Hac ergo, vel loci, vel temporis immanite perſpecta. Orig.

10. *d.* Eſt 12. apud Cypr. edit. Pamel.) 22.

c. Sozom. Lib. 1. cap. 3. & alij) Sozom. lib. 1. c. 2. & lib. 2. cap. 3.

14. *b.* A Chriſtianis *ſtatutis* diebus religionis ergo) ſtatis. F

Cum autem conſtet magos è robore præcipitari ſolitos) Conſtat etiam præter Magos alios præcipitatos. Vide Lipſ. in 4. An. Taciti. L

16. *b.* Exhibentur lebetes, *cataſta*, frixoria) Hoc nomen non eſt apud Ioſephum græcè excuſum. L

22. *a.* Item Gregor. Turonen. de geſt. Franc. lib. 1. c. 30. vbi tamen manifeſtè errat) Tàm hìc, quàm infra 9. Octob. Videtur Gregorij ſententia parũ intellecta, cum non de Epiſcopis, qui in Decij imperium incurrerunt; ſed de ijs, qui primi in Gallijs Eccleſias rexerunt, manifeſtè agat, occaſione ſumpta ex Saturnino, recenſet alios, qui primi miſſi in Galliam fuerunt, quos conſtat multò antè Decium miſſos. Locus, vt videtur diligentius omnia conſideranti, non caret mendo, ideſt, verborum adiectione.

b. Non autem, vt neget omninò *nunquàm* Paulum in Hiſpanias) vnquam. F

De duodecim Apoſtolis, quo firmiter auctor aſſerit) in F

l. Et non virgo, vt putauit *aliquis*) Galeſinus arguitur, nec mirum; nàm obſcurè explicatur veritas parum ſingula conſideranti. L

24. *d.* Agit de his Euſeb. hiſt. lib. 8. cap. 25.) c. 13.

Ex Caſſiodoro Var. lib. 11. cap. 40.) cap. vlt.

g. Agit Suidas his verbis) ἐν Ἀγαπίτῳ.

25. *a.* Quæ adſcribitur S. Athanaſio) Hic idem ſermo à Cyrillo ipſo contra Neſtorium affertur Epheſ. Syn. cap. 5. Xyſtus lib. 3. Biblioth. Athanaſium auctorem laudat. Quod aſſerit Baronius; ideo eam orationem Cyrillo tribuendam potius, quàm Athanaſio aliquando ſe opinatum fuiſſe, quia in ea auctor tàm acriter pugnat contra dogma Neſtorij; non debuit hominem in hiſtoria maximè verſatum fallere, cũ multò antè Neſtorium plures extiterint hæretici, contra quos Athanaſij verba meritò, conuenienterque dicta quiuis intelligere poſſit. L

26. *c.*) Vide can. 6. Nicænæ Synodus, & diſt. 65. can. mos antiquus. L

Aprilis.

3. *e.* Apud Senecam lib. 7. declam. 1. inuenies, & culleum ligneum) Non culleum ligneum dixit Seneca; ſed culleum appellauit nauem metaphoricè. L

4. *b.* Triennij ſpatium ab obitu Theodoſij) qui incidit in an. 395.

Non veniſſe vltra annum conſulatus Attici & Cæſarij) an. 397.

7. *d.* Gen. 40. Deuter. 21. Ioſue 8. Eſther. 5. 6. 7.) In Gen. cap. 40. nihil habent LXX. niſi verbum κρεμάσει. Interpres addit in patibulo. In c. 21. Deut. κρεμάσητε αὐτὸν ἐπὶ ξύλου. Denique in c. 5. & 6. Eſth. idem eſt. cap. 7. tantùm mutatum eſt verbum κρεμάζω in σταυρόω. Paribulum non magis crucem, quàm quoduis aliud ligni genus, quo reus affigi ſoleret, ex vi verbi ſignificare videtur, vt etiam crucis ſupplicium, non ligni forma decuſſata; ſed quidquid cruciando hominũ mortem afferret, appellatum eſſe cõſtat. L

9. *d.* Videatur can. 60. Concilij Eliberini.) Vide can. 41. eiuſdem Conc.

Eſt & de his etiam S. Auguſtini doctrina in ep. 50. ad Bonifacium) & ep. ad Publiculam. Verba Auguſtini hæc ſunt. Nam illud ſi accepta poteſtate facere vellent, ſi quid eis accidiſſet, poſſent habere qualemcunque vmbram nominis martyrum. Carolus M. in cit. ep. Aug. non inueniuntur hæc verba.

l. Ego verò Scæuolæ magis aſſentior) At hæc maximè Numa regnante, & Pontificibus iàm inſtitutis ab ipſo nomen impoſitum à ligneo ponte reficiendo Dionyſius quoque lib. 2. diſertè ſcripſit poſt Varronem, cuius verba ex græco ita interpres vertit. Hi ab vno ſuorum operum reficiendo, ſcilicet ponte ſublicio ipſorum lingua vocantur Pontifices. L

12. *a.* Eiuſmodi portentoſas voces, atque ſententias numquàm antea auditas) Si Tertulliani aduerſus Hermogenem verba obſeruaſſes paulo poſt initium; non ità præcisè negaſſes nunquàm antè Arium ea verba audita, vel lecta.

Ipſum tantum inter Sanctos Epiſcopos recenſet Eccleſia Veronenſis) Veronenſis Eccleſia vnum agnoſcit Zenonem Epiſcopum, vt aſſerunt Veronenſes in præf. ad Lectorem. L

g. Nomine Manſueti Epiſcopi Mediolanenſis. l. 6. cap. 3.) cap. 2.

Sed miror quidem iàm non Damianus, ſed Magnus Epiſcopus Ticinenſis interfuit.) In Concilio Romano ſub Agathone, quod recenſetur Act. 4. Synod. 6. tom. 2. extant ſubſcriptiones Epiſcoporum, vbi poſt Manſuetum Epiſcopum Mediolanẽ. tertius ſubſcriptus legitur Anaſtaſius Epiſcopus Ticinenſis; inferius verò ſubſcribit, & Magnus Epiſcopus Papiẽ. Vnde neceſſe eſt aut Ticinium, & Papia idem

non ſint, aut librariorum culpa factum, vt lectio deprauata, aut iterata fuerit. Epiſtola Manſueti nomine ab ipſo Damiano ſcripta legitur eidem Synodo, vbi Laurentij Surij præfixa quoque admonitio Pauli Diaconi ſententiam citat, & probat. Quare ſi coniectura vtendum eſt, putarem eundem Damianum cognomento Magnum appellari potuiſſe, conſueuiſſeque eo nomine paſſim vocari; certior eſt enim apud me hiſtorici Pauli fides, quàm librariorum, notariorumque diligentia. L

13. *b.* Irrepſit error, vt pro Antonio Hadrianus poſitus habeatur) Facilè ſoluitur nodus. Idem eſt Hadrianus, qui Antonius Pius; nàm per adoptionem Hadriani iurè eius nomen adeptus eſt. Nullus error librariorum arguendus; ſed conciliandi loci ſunt vera, & frequenti vſitata ratione ſcribendi. Lege infra die 15. *c.* & die 20. *a.* Lat.

c. Greg. Turon. lib. 8. cap. 28. de eius cæde agens) Ibi mors quidem Hermenegildi ſcripta eſt, quo verò anno occiderit nullum verbum, quare videtur his locus aliundè citari debere. L

14. *e.* Græci itidem de hoc hac die in Menolog.) Menologium excuſum in Biblioth. SS. Patrum in meo Codice nihil habet. L

16. *f.* Iterum pullulantem, v qua etiam idem agit) in. L

g. Habent, & Segobienſes ſuum Fructuoſum) Tarraconenſes quoque alium die 21. Ianuarij. L

18. *b.* Tertull. ſcribit de Fug. temp. perſecut.) Nunquam reperi hæc verba, quæ hic recitantur. L

21. *a.* Ex eoque cæteri, vt Caſſiod. lib. 3. cap. 2.) Caſſiodorus vbi id ſcripſerit non inueni; ſed ex Sozomeno relata ad verbum in hiſtoria tripartita. Quare vide quàm prudenter auctorem citet eum, qui aliena ſcripſit, non ſua in toto illo opere, quod ex tribus hiſtoricis collegit, eorumque nominibus appoſitis. Cedrenus autem ſcripſit anno Cōſtantini vigeſimo Saporem Chriſtianorum ſupra decem, & octo millia interfeciſſe. L

Aduerſus Chriſtianos excitatam eſſe teſtatur.) Quem ſequitur Marianus Scotus; non tamen alij damnandi ſunt; niſi aliundè conſtet veritas. L

c. Errore lapſus eſt idem Niceph.) Vt ſupra demus Nicephorum erraſſe; hic tamen falsò erroris arguitur; nàm & Sinaitam priorem Anaſtaſium facit, & eidem ſcripta, quæ recenſet, adſcribit. L

22. *i.* Impoſſibile videtur ad prædictum annorum numerum perueniſſe) Mihi autem probabile videtur Epiſcopum ſanctitate vitæ conſpicuum annos octoginta vixiſſe maximè, quod nominatim annus, quo mortuus eſt, adſcriptus legitur. L

23. *a.* Quæ aduerſus diaboli vires tanti *martyres* imploret auxilium) martyris. L

b. Ioſephus lib. de Machab. ad Polyb. his verbis) Corrupta lectio Ioſephi ex interpretis defectu; nàm textus græcus ita legit Δόγμα ἔθετο, ὅπως ὅσοι αὐτῶν φανεῖεν τῷ πατρίῳ πολιτευόμενοι νόμῳ, θνήσκοιεν. Quæ ita latinè reddi poſſent. Edictum poſuit, vt quicunque legi patriæ obſeruādę ſtuderent, necarentur. Vbi nulla rotæ mentio facta eſt. L

24. *f.* Ediditque noſter Achilles Statius) Qui tamen editi multò antè fuerāt Baſileæ nomine Fauſtini Diaconi. Conſule Gennadium, & ne diuerſos intelligas Commentarios, confer vtroſque, & eoſdem eſſe comperies. L

25. *b.* Supplicationes, litanias, Rogationes, Pentecoſtes tempore lego. Ieiunia verò Canonibus fieri prohibita ſunt; Quarè Auguſtini ſermo non videtur huic tempori conuenire poſſe. L

26. *c.* Ex quibus omnibus erroris arguitur Nicephorus) Nicephorus ex Athanaſio fatetur accepiſſe, qui Nicæno Concilio interfuit. Athanaſij verba leges ſer. 1. aduerſ. Arian. L

30. *g.* Ex actis publicis, quæ proconſularia dicebantur) In prouincijs proconſularibus, vt Africa; alibi tamen non ità vocabantur. L

i. Ad quem extat S. Ambroſij epiſtola.) 57.

Maius.

2. *a.* Cum ſediſſet annos ſex ſupra quadraginta) Et hic putauit B. Hieronymi Chronico ſtandū, qui Athanaſii ordinationem anno Domini 333. locauit; mortem verò an. 377.

5. *i.* Vt ipſe profitetur in epiſt. ad Auguſtinum ſcripta) Poſtulabat hic locus, vt error eorum argueretur, qui Hilario Pictauienſi tribuunt eam epiſtolam ab Hilario Arelatenſi ad Auguſtinum ſcriptam, eamque edendam curarunt. L

6. *g.* Ex his itaque corrigendus eſt Sozom. lib. 6. cap. 33.) Quid ſi inter duos eiuſdem nominis conſediſſet Protogenes? Id quod innuere videtur explicatio addita in re neceſſaria, cum adiecit. Vitum autem illum dico multorum ſermone celebratum &c. Quarè niſi priùs conſtet vnū tantùm fuiſſe Vitum, Sozomenus erroris argui non debet. L

7. *b.* Brutius enim illorum temporum nobilis hiſtoricus) In Chronico an. 16. vbi Brutius Scriptor citatur, vt puto, librariorum errore. Fuit enim Eratius Clarus eo tempore ſcriptor inſignis, ad quem extant epiſtolæ Plinij, cuius & Dio, & Spartianus meminere. L

8. *a.* Gelaſius enim ſedere cœpit ann. 492.) 494. L

c. Licet Socrates lib. 6. c. 21. dicat fuiſſe caſtaneam) Apud vtrumque idem nomen κασάνας. vel κασάναν legimus, interpres variauit vertendo, cum idem nomen vtrumque ſignificet. L

9. *f.* Quæ recitat Metaphraſtes die 28. Octob.) 20.

Longitudinem temporis iàm *emota*) κατασεισθεὶς. Scilicet, quaſſata, concuſſa. L

Et So-

t Socrates lib.1. cap.12. & 26. in fine) Cap.26. in græcis, 40. vltimum apud omnes eſt. L

). Scripſit Ioannes Archidiaconus ad *Vrſionem* Batenſem) Vrſonem. L

). *a*. Vt ex Ammiano Marcellino (vſatis liquet) lib. 21.

t idem Marcellinus ᵛ teſtatur) lib.23.

cribit Hermannus in Chron. anno Domini 770. 774.

b. Quæ tùm S. Gregorius in moralibus, tùm alij) lib.11. cap.22.

13. *a*. Exciſum eſſe teſtatur lib. 2. ad Iouinian.) Si Hieronymi extrema verba ponderentur, non conficietur ex eis, quod hic aſſeritur. Hæc ibi leguntur. Squallet Capitolium, templa Iouis, vt cærimoniæ conciderunt. L

Cuncta eorum fana, templa, delubra, ſi qua etiam nunc reſtant) Si expiari ſigno crucis præcipit templa Dæmonum; non video qua ratione id fieri poſſit, niſi templa extent· quod addit, reſtant integra, interpretandum neceſſario videtur, vt indè aræ, ſigna, ſimulacra deſtruantur; ædificia verò expientur, alioquin areæ tantùm præciperentur expiari, non fana, templa, delubra.

14. *d*. Plutarchus in Alexandro exactè agit de huiuſmodi ſupplicio) Plutarchus vſus eſt quidem verbo [Greek]; non autem nomen ab eo deriuauit, quo nemo vſus citatur. L

g. Eſt enim Ferrentis, ſeu Ferrentum in Thuſcia) Ferentum in Etruria eſt Othonis patria, vndè Ferentini. Ferentinum in Hernicis, ſeù mauis in Latio Ferentinates facit. L

Iunius.

3. *c*. De quo Aelius Lampridius) Cœlianus ibi legitur, atque ita Codices manuſcripti habent. L

4. *b*. Præerat enim illis Auguſtini temporibus) Apud S. Auguſtinum epiſt. 50. & 157. alter Optatus legitur viuus. L

Apud Matth. 6. ait, intra cubiculum tuum) ταμεῖον apud Matth. & alios locum quemlibet in ædibus diuiſum, ſecretumque ſignificat, neque erat opus oſtio clauſo orare in loco ad orandum conſtituto. L

11. *f*. Vt eadem etiam Sacella dicantur) Non ità Plin. in Epiſtolis, non ita Cicero, non Trebatius iuriſconſul.

12. *b*. Scorpio *recentiſſimo* nomine vocatur) rectiſſimo. L

Sic & Græci interpretes appellant) Σκορπίους videntur appellaſſe Græci interpretes fuſtes nodoſos flagellis ramorum non omninò reciſis; ſed extantibus truncis; vt ſcorpionis quodammodo figuram exprimerent, quod Athanaſius quoque loco citato declarauit, & Victor loco ſupracitato clariore deſcriptione ab oculos poſuit. L

Plin. nat. hiſt. lib. 7. c. 56.) Plinius loco citato hæc habet. Et in tormentis ſcorpionem Cretas inueniſſe dicunt. Iſid. lib.17. c.18. ſcorpionem ſagittam venenatam exponit. L

16. *b*. Ex his plerique Latinorum ſunt corrigendi, qui Antiochię eos paſſos referunt) Romanum Martyrologium vetus, & qui ſequuntur Vſuardus, Beda, Galeſinus, & alij Antiochiæ paſſos aſſerunt. L

22. *a*. *Paratus* vir illuſtris acta S. Paulini) Pacatus. L

24 Apud ſtylum in *Calabria* S. Ioannis) Brutijs. L

Iulius.

6. *d*. Tranquillini) Cuius corpus requieſcit in Eccleſia Cathedrali Viterbij. Dom. Macrus.

9. *e*. Seu Thorana mendosè legitur) Τάυρον appellat Dionyſ. lib.1.

13. *a*. Agunt de eo S.Ignatius) Ep.1.& 4. [Greek] legitur. In Codice Mediceo eſt [Greek]. vt notauit Turrian. lib. 2. cap. 10. pro epiſt. Rom. Pont. L

17. *K*. Scribit S. Ambroſius lib. 3. de Virginib., vbi) initio.

Ad Siagrium 47. lib. 6. edit. Rom. in fine ᵛ, vbi) ep. 64. lib. 8.

Et epiſt. 13. lib. 2. edit. Rom. ᵛ quam) epiſt. 33. lib. 5.

21. *f*. Licet Nicephor. dicat cùm presbyterum Oſtrenum lib.4.cap.23.) & 25. Zoticum Otrenum, vel Oſtrenum fecit Apollinaris quoque apud Euſeb. cap. 15. L

28. *f*. Apertis oculis, ſurſum, ac deorſum deductis ᵛ conſulit palpebris) &.

Auguſtus.

1. *b*. Hæc ex Ioſepho, ſed verſione Eraſmiana) In Codice græco tàm excuſo, quàm manuſcripto Vaticano nomina nulla leguntur. Vndè autem Eraſmus ſumpſerit nondùm inuenire potui. L

b. Vbi Euſebius *Fregellæ* mendosè pro Vercellis) Iàm antè à me reſtitutus eſt Βερκέλλας. Socrates lib. 3. cap. 5. & 9. & alibi Βερκέλλας vocat. L

3. *a*. Sed & de *viuo* lapide illo, ex quo multa etiam miracula) vno. F

5. *a*. Hic fecit baſilicam nomine ſuo iuxta macellum *Libiæ*) Liuiæ. L

d. Afræ) Quid ſi Afra Virgo pro Africana dicta ſit, quæ alio proprio nomine vocaretur? L

8. *b*. Stipem miniſtrabant, *viduarumque*, pupillorum) viduarum, &. F

11. *a*. Dicebatur columna illa milliarium aureum) Nec Suetonius, nec Tacitus, nec Plinius, nec Dio columnam vſquam vocarunt. L

12. *g*. De Faleria Faliſcorum meminerunt) Lo-

cûs adhuc nomen retinet vulgò Falari dictus. L

21. c. Cornicularij.) Vereor ne quod verum eſt in corniculi, armillarum, pateræ, haſtæ, puræ & ſimilium ornamentorũ militarium donis, nullo modo verum ſit in cornicularioꝛum nomine affirmatum, niſi quod attinet ad eam militiam, quæ Palatina dicitur, de qua Imp. in Conſt.& Caſſiodorus meminerunt, vt Cuiacius, & poſt eum Pandulphus, & alij. L

24. b. Mendum eſſe putatur apud S. Auguſtinum) Quare Auguſtini lectio in numero centium quinquaginta non aduerſatur hiſtoriæ. L

25. K. Cuj Anthimus, & ei Mennas eſt ſubrogatus) Ea fortè de cauſa, quod coactus abdicauit poſt menſem decimum. Anthimus non eſt in ſuo ordine numeratus vbique ab Euagrio. L

27. b. Reperitur idem Cæſarius interfuiſſe Concilio Arelatenſi tertio, & quarto) Arelatenſe quartum extat, ſed longo interuallo habitum ſub Carolo Magno tom. 3. Mentio autem in Meldenſi can. 73. non Arelatenſis Concilij: ſed Agathenſis facta eſt. Canon enim ibi citatus eſt eius Concilij c. 4. & habetur. 28. q. 1. Errore autem librarij factum eſt, vt Agathenſe in Arelatenſe mutatum ſit. Sicubi tamen ità ſcriptum reperitur, quod ego certè nunquàm vidi. Quare hic manifeſtus error omninò corrigendus eſt. L

29. b. Hieroſolymis delatum eſſe in inſulam Melitam) Non Hieroſolymis; ſed Rhodo delatus eſt non ſolum index, ſed pollex, & medius, manuſque Quæ ſacra reliquia à Turcarum Imperatore donata fuit Magno Magiſtro. Vide Boſium in 2. par. hiſt. Dom. Macer. Ex Antiochia Byzantium tranſlata idem Baron. An. 956 n. 5. Vide etiam, quæ ſcripſi in Apologia pro eiſdem Equitib. cuius tit. Il Valor Malteſe contra Hier. Bruſonem propoſ. 13. §. Onde perciò. Carolus Macer.

September,

3. b. In quibus omnibus corrigenda ſunt, quæ in eis de S. Cypriano) Error natus videtur à Græcis, qui Cyprianum vnum ex duobus faciunt. Conſtat autem Nicomedienſem ſub Diocletiano, & Maximiano paſſum eſſe, quo tempore duodecim fratres. L

14. c. In qua S. Gregorius Nazian. præclaram habuit orationem) Neque præclara, neque Gregorio digna videtur. L

Appellabatur enim celebritas *Cyprianea*) Cyprianà.

16. b. Hæc Ioſephus ex verſione Eraſmiana.) Hæc verba Ioſephi latinà non conſentiunt cum textũ græco. Item abſurdum eſt orbiculare ſaxum, & chordam hoc loco ſomniare orbicularem. L

19. a. ſub Coſſ. Leone Auguſto quarto, & Probiano Ind. 9.) Error eſt anni vnius, vt ex eodem colligitur: nàm Marciano, & Feſto Coſſ. Indict. 10. factum deſcribitur, quod recitatur. L

Eſt hic annus Domini 471.) 472.

20. e. Penes Francos enim mulieres) Quod hic aſſeritur penes Francos mulieres in fornicationis crimen lapſas decaluari, non de omnibus loquitur Capitulare; ſed de Nonnis velatis. L

Habes de his cap. 3. *lib.* 6. in capitularibus) lib. 5.

Vt ſcribit Plin. lib. 16. c. 44.) Quamquam res vera maximè ſit, Gentiles conſueuiſſe tondere Veſtales virgines; tamen non probatur, nec colligitur ex hoc Plinij loco. L

f. Candidæ) Cuius caput ſeruatur in Eccleſia Cathedrali Sancti Laurentij Viterbij. Dom. Macrus.

23. b. Hæc S. Cyprianus in oratione pro Martyribus) Ex nothis, & adulterinis hauſta, quæ Pamelius habet 517. B. & 519. A. Nàm Cypriani nullo modo videntur grauitati, & conſtantiæ conuenire. Præſtabat itaque apocrypha certiſſimis teſtimonijs non admiſcere.

26. f. Itemque Caſſiodorus dictus eſt cognomento Senator) Caſſiodorus fuit Senator, poſteà monachus, & doctor Eccleſiæ, vt ex Sigiberto, Beda, & alijs. Quare videndum, quo auctore nitantur, qui cognomen ei fuiſſe aſſerunt, non ordinis Senatorij nomen. L

28. g. Nec placet, quod Ioſephus Scaliger) At is ſede Cadurca tempora ſua finiſſe aſſeritur ab Auſonio. Vinetus cum Scaligero ſentit 161. Non video quo iure confutetur Ioſeph Scaliger. L

29. a. Nec, vt habet Ado, proximis temporibus.) Vbinàm Ado in hac hiſtoria Gelaſij meminit? L

30. e. Quæ Metaphraſtes longè vberius eſt perſecutus) Fabulis ſimilia videntur multa à Metaphraſte ibi ſcripta. L

October.

8. d. Cedren. in comp. hiſt. & Zonaras) Neque Zonaras, neque Cedrenus vnguenti meminit. L

9. b. Ipſe in commentarij præfatione ad Dexterum.) De Script. Eccleſ. qui locus longè aliam ſententiam habet, quàm hic Notator aſſerit.

14. b. In puteum demergi conſueuiſſe, qui ſæuiſſimè puniretur, ex Plautino penu notat Cœl. Rodigin.) Quærendus locus ex Plauti penu: nàm ego nondum reperi. In puteum ergo demergi conſueuiſſe videtur nulla auctoritate aſſeri: nàm quæ ad manus ſunt, ijs vti ſolemus: ità caſus tulit in multis, vt puteis mergerentur, quod nihil eſſet ad manus grauius ſupplicij genus. L

17. *a.* Ad hunc extat S. Ignatij epiſt. 13.) Hæc epiſtola in meis codicibus tàm græcis, quàm latinis excuſis non eſt. L

18. *a.* Tamen Origenes, quem ſecuti ſunt plurimi, diuerſum eſse putant) Origenis verba in Comment. in epiſt. ad Rom. vlt. hæc ſunt. Sed & Lucium quidam perhibent eſſe Lucam, qui Euangelium ſcripſit: pro eo quod ſoleant nomina iterum ſecundum patriam declinationem, interdum etiam ſecundum græcam, romanamque proferri. Ex quibus verbis non video colligi clarè, quod conſtanter hic aſſeritur.

20. *a.* Imperat accepiſſe *Amiterni* reliquias) ab Amiternis.

24. *d.* Celeberrima eſt epiſtola, cuius meminit Lambertus) Extat homilia Procli in Concilio Epheſino nouo tom. 6. c. 7. epiſtolam autem non inueni; & apud Lambertum cap. 10. tomus appellatur, non epiſtola. L

25. *a.* Quod apud Ethnicos Romanos iure pontificio Virginibus Veſtalibus irrogari conſueuit) Alij plures eodem mortis genere necati, qui nihil cum Veſtalibus commune habuerunt. L

November.

3. *d.* Vbi eorum capita Cathedralis Eccleſia magna veneratione conſeruat) Non ſolum capita; ſed corpora etiam ſub arà ipſorum nomini dicata conſeruat. Et ſunt Ciuitatis Viterbien. Protectores. Dom. Macrus.

5. *a.* Quæ licet minus probari Hieronymo videantur) Contra Hieronymum ſentiendum ſemper cenſui; etiam ſi ſuffragatorem neminem haberem, ductus validiſſimo argumento verborum Chriſti, qui extrema initij, ac finis exempla coniunxit Abelis, & Zachariæ ſanguinis; ità vt poſterior recentiſſimus fuiſſe ſignificetur. L

16. *c.* Ego quidem vnum, eundemque exiſtimo, ipſumque Epiſcopum Lugdunenſem) Cum iàm an. 1564. Eucherium Romæ excuſum habeamus cum præfatoria epiſtola R. Petri Galeſini, atque in eo codice primum in Gen. deindè in lib. Reg. Commentarij habentur, in quibus locis aliquot S. Gregorij Papæ, & Iſidori verba citantur, & geſta, appareatque hominem in Britannia ſcripſiſſe. Qua ratione fieri poterit vt Eucherius Lugdunenſis Epiſcopus, qui circa an. 415. floruit cum Petronio Epiſcopo Bononienſi, ſcripſitque ad Valerianum epiſtolam an. 433. vt ipſe fateturſit idem cum priore, qui poſt duocentos annos ſcripſiſſe colligitur. Quarè aut plures Eucherij nomine Lugdunenſes Epiſcopos fateri neceſſe eſt, aut poſteriorem, qui in Geneſ. ſcripſit, alio nomine decorandum. L

18. *b.* Eſt de eodem homilia Eucherij inſcripta) 51.

19. *c.* Maximum Commentarienſem, qui baptizatus à S. Stephano Papa) At Maximus Commentarienſis ſi à Stephano baptizatus eſt, qua ratione Decij, & non potiùs Valeriani, & Gallieni perſecutione occidi potuit? cum alioquin presbyter, non commentarienſis, deſcribatur. L

20. *l.* Extat apud Sur. tom. 5. die 20. Nouemb.) Nihil in meo codice inueni adhuc. L

21. *a.* Præſentatio) Interpres Heruetus non præſentationem; ſed ingreſſum in templum vertit. L

23. *f.* Ex quo Conſtantinopoli à Synodo Oecumenica recedens) Quid ſi non de Oecumenica Synodo, quæ tredecim annis præceſſerat; ſed de poſtrema Metaphraſtes ſcripſit? Quare conſulendus græcus codex, nè interpretis lapſus ſequamur. L

24. *a.* Extant eius litteræ ad Anaſtaſiam apud Nicephorum) Apud Nicephorum, quidem, extant; ſed poſt hiſtoriam in calce addita ex Suida in verbo χρυσόγονος. L

December.

8. *a.* Sanctum Anſelmum, qui & de Conceptione Virginis commentarium ſcripſiſſe fertur) De Conceptione actiua Virginis agit. L

9. *f.* Vide, quæ notauimus ſupra in *inuentio*) Iuuentio.

11. *d.* Puto autem tarinchas illas eſſe, quas Ioſephus lib. de Machab. ex verſione Eraſmiana appellat ſucceſſoria) Τὰ ζώνια τὰ πυρὸς nihil minus videntur, imò in margine σφηνὰς præpoſuit, quæ cunei verti poterant ex M. Tullio Tuſcul. 2. vbi de Promethæi tormentis agit; nàm cuneis adactis, ſicut ligna, & lapides finduntur, ità quoque corporis membra diſtrahebantur, & ſoluebantur. L

g. Vt apparet ex eius epiſtola 63. lib. 8. edit. Rom.) In meis codicibus reperitur epiſt. 40. lib. 8.

17. *f.* Licet erret, cum ait) Falsò arguitur Nicephorus, quia quæ hic narrantur diſertè deſcripſit, nec minimum diſſentire videtur. L

21. *a.* Idem affirmare videtur Theodoretus) Aſſerit quidem Theodoretus lib. 9. de curan. Græcot. affect. multas nationes Chriſti legem amplexas per galilæos piſcatores, nulla Thomæ mentione vſquam facta. L

22. *b.* Cuius hic habetur mentio in Tuſcia fuiſſe conſtat) S. Greg. dialog. 4. cap. 55. apud Centumcellas locus, qui dicitur Tautina, quo aquæ calidæ balnei vſum præbent. L

c. Sic apud Dionem Hiſt. Rom. lib. 97.) Locus indicendus certus. L

23. *d.* Sed Catholici hominis Melchioris Cani Epiſcopi Canar) Legendus omninò Cani locus. L

Cætera autem, quibus eundem Gregorium ſugillat) Quid ſi (cum maximè vera ſint, quæ in ijs libris B. Gregorius ſcripſit) ad locos tamen,

men, quibus Theologi ad ſtatuenda fidei dogmata, quæſtioneſque arduas diſſoluendas, ritè vti oportere debuiunt, admittendos eſſe non putent? L

Occurrimus etiam eiuſdem obiectioni) Si quis diligentius Cani verba expendat, repcriet eum tùm S. Gregorium religiosè excuſare, tùm nihil affirmare, quod probabile non ſit. Conſtat enim & Sozomenum, & Socratem ijs temporibus hiſtoriam texuiſſe, quum nondùm publicè quicquam impium de Theodoro Mopſueteno auditum erat, primuſque Theodoretus, qui poſt vtrumque ſcripſit, hominem laudauit nondùm ad Neſtorij impietatem palàm prolapſum, quod illud vnum veriſſimo argumento confirmat, quod neque in Epheſina Synodo, neque poſt eam in Chalcedonenſi quicquam contra Theodorum Mopſuetenum ſtatutum legitur; ſed tantùm in quinta Synodo damnatum ex Theodoreto, Euagrio, Nicephoro, & alijs. L

27. d. Niceratæ) Nicareta dicitur à Sozomeno, & Nicephoro. L

De qua ipſe ſcribit epiſt.4. ad Olympiadem) Tacito tamen nomine. L

Eiuſdem Baronij De Martyrologio Rom. Præcapitulatio.

Cap.2. Et Sancta *Angelica* viuendi ratione, indiguè compoſitam) Euangelica. F

Cap.4. Theodoretus de Euang. verit. cognit.) Siuè de curandis Græcorum affectibus lib. 8. qui de Martyribus inſcribitur. L

Cap.5. Quem antè annos octingentos claruiſſe conſtat) Moritur an.849. & Baronius ſcripſit an.1586. ergo antè annos 737.

Obſeruationes, & Coniecturæ in Cyprianum cum Adnotationibus Pamelij.

Editio Antuerpiæ 1568.

Admonendus eſt Lector, nè iudicium ſuſpendat, quod bis Latinius S. Cypriani opus correxerat; nempè, prima vice, & fuit typis excuſſa à Manutio, quàm hìc contra Pamelium defendit; ac ſecunda emendatio hæc præſens eſt, nondum adhuc impreſſa, & vbi ſignum arithmeticum. 1. inuenitur, indicat, quod ex tribus Codicibus vetuſtis, quibus Marcellus Papa II. collationauerat, vnus, ſcilicet, variet; vbi verò ſignum. 2. notatur, duorum Codicum variationem ſignificat, quod Ego Carolus Macrus in prima Latinij Correctione in Bibliotheca Brancatia extante manu eiuſdem Correctoris notatum legi.

Ep. 1. Ita animis roboramur? *Aut* non ea) An. F

Ep. 2. Cum de Domino Deo vox eſt) verò. L

Ergo cum in tenebris, atque in nocte cæca iacerem) Ego. L

Ep.3.) Et hæc vna trium epiſtolarum eſt, quæ in duobus Vaticanis Codicibus, & in Bononienſi Monaſterio Sancti Saluatoris à me ſunt repertæ; non placuit tamen ijs, qui præerant, vt inemendatæ ederentur; quemadmodum non probarunt Firmiliani Epiſtolam, quam nemo antè ediderat è tenebris eſſe proferendam. L

Papam Cyprianum à Clementio Subdiacono) Papatem Cyprianum à Crementio diacono. L

Propterea *quod* cum ſit perſona inſignis) < L

Colluctandi cauſa *cum aduerſario* ſimul cum ſeruis ſuis) <. aduerſarium. 2.

Victus verò *portauerit* in ſe ſententiam) reportauerit. 2.

Et vice *paſtoris* cuſtodire gregem) paſtorum. 2.

Et claudum non *colligauimus*, & lac eorum edebamus) collegimus. 1.

Quæ erant ſcripta in lege, & Prophetis *docet dicens*) dixit. 1.

Cuius non ſunt propriæ oues, cum viderit lupum venientem, relinquens effugit) Cuius non ſunt oues propriæ, cum viderit lupum venientem, relinquit, & fugit. 2.

Sed & Simoni *ſic* dicit: Diligis me?) < 1.

Hoc factum, ex actu ipſo quo *ceſſit* cognoſcimus) eſt. 1. geſtum, vel geſſit. 1

Fratres dilectiſſimi vos mercenarios inuenire, ſed bonos paſtores) Fratres dilectiſſimi Mercenarij inueniri; ſed boni paſtores. 2

Fratres *noſtros* ſtare in fide immobiles, nè præceps *iens* ad idololatriam) veſtros. 1. euntes. 1. euntium. F

Nec enim hoc ſolum verbis vos hortamur) Nec enim ſolum hæc verbis hortamur vos. 2

Antè oculos *plus* habentes timorem Dei, & pœnas perpetuas quam) <. 2. magis. 1

Et paratos eſſe *debere* ire cum Domino) <. 1

Sed & aſcendentes ad hoc, quod compellebantur, reuocauimus. Eccleſia iſta fortis in fide) Sed & attendentes ad hoc, quod compellebatur reuocauimus Eccleſia iſta in fidem, ſeù: Sed & attendentes ad hoc, quod compellebantur, reuocauimus ad Eccleſiam iſtam fortiter in fide. L

Siuè adprehenſi timore hominum *reuertuntur*) ruerunt. 1

Sed ipſos cohortati ſumus, & hortamur) renetenter. 1

Si quomodo indulgentiam *potuerunt* recipere ab eo) poterunt. 1

Et alia, quæ incumbunt vobis, etiam ipſa ſubdidimus) quæ. 1

Vtique ſubueniri *eis* debet 1 ſiuè viduæ, ſiuè *Clydomeni*) <. 1. Clinomeni. F

Siuè excluſi à ſedibus ſuis) Siuè expulſi de ſedibus ſuis. 1

Sed & Catechumeni adprehenſi infirmitate) in. 1

Cuiuſcunque ergo veſtrum quacunque occaſione) Cuius. 2

Eſſe-

Effectum fuerit hoc opus) factum. 1
Vt, qui in minimo fidelis *fuit*, conſtituatur) fuerit. 1
Sed & nos petimus mutua vice *memores ſcitis*) vt memores ſitis. 2
Et petimus *nos* qui habetis zelum Dei) vos. 1
Optamus vos, cariſſimi benè valere) fratres. 1
Adnot. 1. in epiſt. 3. num. 1. Vndè fit, vt mendas, quibus ſcatet, repurgare non licuit) Quod Pamelio non licuit, feliciter aſſecutus eſt Latinius, vt patet. Sunt fortaſsè verba Fratris mei Dominici. C. Mactus.
Ep. 10. Et offertur *nomen* eorum, & nondum pœnitentia acta) nomine. Veronenſis Codex, de quo in Vita Latinij mentionem fecimus hic infra epiſt. 34. Et ſparſim inferiùs expenditur. Carolus M.
Miratus ſum vehementerità parum vidiſſe Pamelium, vt vera, & legitima lectione temerè reiecta, amplexus eam ſit in Adnotationibus, quæ manifeſtò corrupta eſt, & ſuſtineri non poteſt: quis vnquam legit offerri nomen alicuius in ſacrificio conſueuiſſe? Nàm præter panem, & vinum nihil offerebatur, atque ea in corpus & ſanguinem confecta conſecratione, mutata offerebantur; nomina verò recitabantur. Aliud igitur eſt offerre, aliud recitare. L
Ep. 21.) Erat apud me huius quoque epiſtolæ in codicibus duobus exemplum, ſed mirè corruptum. L
Et illius nomen penes magiſtratus huiuſmodi). Vel ipſius nomen penes magiſtratus huius mundi. 2
Et nunc modò duplex mihi triſtitia incubuit, quod *cum* Montanum) Vel. 2. < 2
Ad me eſſe venturum ſcribas v de ſalute tua) &.
Et hoc ſolet contingere ſeruis Dei) Sed. 2
Nàm, vt tibi quoque de infimo, tuus, vel frater dicas, ſi fuero dignus Celerinus audire) Nàm, vt tu quoque, de infimo tuo, vel fratre dicam, ſi fuero dignus Celerinus audiretur. V. C. Nam vt tum. F
. . . . de infimo, vel fratre dicam . . . . audires. Cod. S. Saluatoris.
Fratres meos vetuſtiſſimos *memorabam*, & eos litteris meis) memorabar. 2
Vt ſi non antè cruore illo ſancto laueris pro nomine Domini). Vt me cruore illo ſancto laueris, ſi priùs paſſus fueris pro nomine Domini &c. cum enim duo petat, vel vt lauet, ſi paſſus iàm eſt, vel vt reſcribat; ſi adhuc ſuperſtes eſt, nulla negatione indiget oratio. L
Sic coronet te, cuius nomen confeſſus es) Si. 2
In futuro tamen nos *coronati* à Chriſto complectemur) coram, vel cum. 1
In magna tribulatione v conſtitutum ſcias) me tamen. 2
Quæ cecidit in hac vaſtatione *Chriſto*) à Chriſto. 2
Pro cuius factis ego in lætitia Paſchæ flens). Pro cuius factis ego in hac lætia Paſchæ flens.
In cilicio, & cinere *lachrymabundus* dies exegi) lachrymabundos. 2
(A quibus poſtulaturus es) vt veniam habeant nefanda naufragia, memor ſum enim) (A quibus poſtulandum eſt) ſubuenerit tàm nefando naufragio. Memoratus ſum enim. 2
Quod cum omnibus doleas *ſorores noſtras*) pro ſororibus noſtris. 2
Pro quarum *peccatis*, *quæ* nos fratres habent *debemus*) peccato, quia. 2. debeamus. 2
Credo enim Chriſtum ſecundum *illorum* pœnitentiam) earum. 2
Iàm *pro* eis vobis martyribus ſuis petentibus indulturum) < 2
Audiui enim te floridiorum miniſterium percepiſſe). Audiui enim te floridè harum numinum dierum miniſterium percepiſſe. 2.
O te felicem *ſuſcipe* vota tua) ſuſcipere. 2
Recognouit idem miniſter) Recognoui enim miniſter. 1
Vt cæteris collegis tuis fratribus tuis meis) Vt cæteris collegis fratribus tuis, & meis. 2
Nàm v ipſam Etecuſam ſemper appellaui) &
Quia pro *ſe dona* numerauit, nè ſacrificaret) ſedunta. 2
Sed tantùm aſcendiſſe videtur vſque ad *Triaſacta*) Tria ſata. 2
Hanc ergo non ſacrificaſſe ego ſcio) Has. 2
ſed quatenus per veſtras Sanctas v orationes, & petitiones) operationes. 1
In quas *nos* fidimus; quoniam eſtis amici) nobis. 2.
Sed & teſtes Chriſti *quod* omnia indulgeatis) qui. 2
Memor ſis mei, & petitioni meæ *animas*) annuas. 2
Sed in *Sanctimonia* tradidit, in qua ſemper cucurriſti) Sanctimonio. 2
Sed *ſtatim*, & Seuerianum, & omnes Confeſſores) Statium. 2
Ad quos *ipſe* in portum deſcenderunt) ipſæ. 1
Quod ſexaginta quinque miniſtrauerunt, & vſque in hodiernum) Quos. 1
Plus *autem* grauare cor illud ſanctum tuum) enim. 1
Qui lætantur confeſſione tua florida) Quæ lætantur. 1.
Qui & *ipſe* luctatus eſt cum diabulo, qui & Chriſti nomen eſt *fertiter*) < < 2.
Qui & *hic* nimis rogat, & petit) hoc. 1
Salutant te fratres tui Calchurnius, & Marka, & omnes ſancti fratres v) Calphurnius. 2. nos. 2
Quas peto illis *eas* legere digneris) ſic. 1
Ep. 22.) Et hæc erat apud nos, ſed ità corrupta, vt vix intelligi ſententia eius poſſet, vt hic quoque. L
Vt *perpetua grauatione* tanto gaudio penè exciderim) propter tuam grauationem. 2
Vt litteras v, quas ego optabam) tuas. 1
In quibus mei *dignatus memorare*) dignatus es memorari.
Qui ſcribens mihi *dicis*) diceres. 1

Nàm

Nàm tu, Deo volente, ipſum anguem maiorem *metatorem*) & atrociorem. 1

In qua tenoris viuacitate verſari te gaudeo, vicisti. Nunc cariſſime iàm inter Martyres deputande voluiſti nos litteris tuis) In qua te noui viuacitate verſatum in gaudio vixiſti. Verùm cariſſime iàm inter Martyres deputandos voluiſti litteris tuis. 1

Memoriam faceremus, *non* profectò tantis lacrymis incumberemus) ad quam. 1

Abs te pacem petierit, *des* in nomine meo) da. 2

Vniuerſi *litteras* ex compacto vniuerſis pacem dimiſimus) litteris. 2

Videas ergo frater, quod tàm placuit mihi, quod Paulus præcepit, quàm vniuerſis, quod cenſuimus: eramus in hac tribulatione, cum iuſſimus ſecundum præceptum Imperatoris fame, & ſiti necari) Vides ergo frater, quoniam partem eius mihi Paulus præcepit: pro vniuerſis quoque cenſuimus iàm tùm antè hanc tribulationem, cum iuſſi ſumus ſecundum præceptum Imperatoris fame, & ſiti necari. 1.

Ità, vt nos afficerent fame, & ſiti, ſed & ignis ab opere preſſuræ noſtræ.) Ità, vt non afficiebat fame, & ſiti; ſed & igne ab opere preſſuræ noſtræ. 1. Sed & ignis vapore, & preſſura noſtra. F

Candidam, *quæ* ſecundum Pauli præceptum, & cæterorum Martyrum, quorum nomina ſubijcio, Baſſi *peierario*) quas 2. imperario. 1.

Fortuna, Victorini, Victoris, Herenei, Credulæ, Herenæ, Donati, Firmi, Venti, Fructi, Iuliæ, Martialis, & Ariſtonis, qui Deo) Fortunata, Victorinus, Victor, Herennius, Credula, Hereda, Donatus, Firmus, Venuſtus, Fructus, Iulia, Marcialis, & Ariſton, qui Domino. 1.

Iàm enim * iteratò recluſi ſumus, *ſunt dies octo) ex quo. 2.

Non tantùm *hæ*; ſed & quas ſcis ad *animum noſtrum* pertinere) ex. 2. animam noſtram. 1.

Quorum nomina ſignificaſti: inter quos & Saturninus cum comitibus ſuis; ſed & collega meus, & Macharius, Cornelia, Emerita, Calphurnius, & Maria, Sabina, Speſina, & ſorores, Ianuaria, Datiua, Donata. Quorum nomina ſignificaſtis vos & Saturninum cum omnibus ſuis; ſed & collegam eius & Macharij collegæ merita, Calphurnium, & Mariam, Sabinam, Speſinam, & ſorores à Ianuaria, Datiua, Donata. 1.

Quintianum, *Colonicam*, & vniuerſos,* quorum nomina) Colonicum. 2. propter. 2. Presbyteros. F

Epiſt. 28. Interim ſe à diuiſione tantùm me contineant) Interim ſe à diuiſione menſurna contineant. L. Interim à dicione menſurantium contineant. V. C. & alij.

Adnot. Pagum quempiam fuiſſe in Carthaginenſi diœceſi) Intra vrbem veriùs videtur, cum eos continere ſe præcipit à menſurnantium adicione, ideſt, vt ego puto, à conſuetudine cæterorum Presbyterorum, qui Eccleſiæ ſeruiebant; ità vt inter alios in choro, & Eccleſia non appareant. L.

Hæc verba non malè diuinauit Manutius) Non diuinauit Manutius, qui nihil aliud quàm excudendi operis præfuit, ſed dormitauit quiſquis is fuit, qui Scripturæ Sacræ locos in margine notandos curauit. Locus autem Eſaiæ eſt cap. 30. n. 15. apud LXX. his verbis ὅτ' ἂν ἀποστραφεὶς στενάξῃς, τότε σωθήσῃ, καὶ γνώσῃ ποῦ ἦσθα. L

Verum illa *gemina* eſt lectio) genuina. L

Ep. 31. *Quo* non minùs, quàm ſi ad nefarias aras acceſſiſſent) Quum, vel Quando. F

Adnot. n. 2. Ex quo loco intelligi hic locus poterit paulo intricatior) Locus iſte clarior multo eſt in explicatione libelli, & libellaticorum cæteris omnibus, nec verum videtur, quod infra Pamelius in Annot. Epiſt. 52. ſcripſit, vt ibi notauis locum hunc neque intricatum, neque corruptum quiuis facilè intelliget, ſi attentè omnia conſiderabit; dilucidior tamen erit lectio, ſi vbi legitur *quo non minus*, legamus quādo non minus. L

Quemadmodum, & in tomis Conciliorum confirmatam) Sed contra fidem Codicum omnium tàm ſcriptorum, quàm excuſorum. L

Adnot. in Ep. 33. Prima Sabbati vocatur, ideſt, (vt interpretantur veteres) prima poſt Sabbatum) Prima Sabbati eſt prima hebdomadæ, quo die & mundus creatus, & Chriſtus reſurexit. Sabbatū enim etiam hebdomadam ſignificat. L

Ep. 34. Qui cum conſentire dubitaret Eccleſiæ, ipſius admonitu, & hortatu in viſione per noctem compulſus eſt, nè negaret. Nobis ſuadentibus; cui plus licuit. & coēgit.) Qui vt conſentiret (Eccleſiæ ipſius admonitu, & hortatu in viſione per noctem compulſus eſt nè negaret) nobis ſuadentibus: cui plus licuit, & coēgit. Veronenſis vetuſtiſſimus Codex maiuſculis litteris exaratus, locum hunc ita legit, quæ lectio, quanquam eſt implicata; ſententiam tamen aptiorem, & loco magis conſentaneam afferre videtur. L

Adnot. Libro tamen de mortalitate in alia ſignificatione hac voce vti videtur) Erras: ibi enim cum maximè in hac ſignificatione accipitur. L

Nuſquam, præter quàm apud Manut. & Morelium, Egnatius legatur) Miror non cognouiſſe hoc Ignatij nomen apud ipſos Græcos rarum eſſe; apud Latinos autem nuſquam legi; Cyprianus vero cum Africanis ſuis inter Latinos (Romanorum, ſcilicet, Colonias) numerari debuit. Egnatium leges apud Catullum, & Plinium inter romana nomina. Quare, qui meliorum Codicum fidem ſecuti ſunt, rectè fecerunt. L

Adnot. in Ep. 38. Peculiaris penè eſt Cypriano phraſis, quæ abſtentum pro excommunicato) Non omninò idem eſſe, aut valere, abſtinere aliquem à communione, & ſimpliciter excommunicare; id vnum ſatis indicat, quod diuerſis verbis dicitur, quæ non idem ſignificant. Admittuntur aliqui in Eccleſiam, qui nec communicare, nec ſimul orare permittuntur; quidam ad tempus abſtinere iuſſi ſunt; quidam & ab Eccleſia, ideſt, ſacris ædibus arcentur, quorum

neque

neque conſuetudo, neque ſermo cuiquam interdicitur. Quidam verò ità anathemate ab Eccleſiæ corpore ſeparantur, vt nec Aue eis dicere liceat. L

Adnot. in Ep. 41. Stationem autem, vti ex Tertul. colligere eſt lib. de cor. mil. non quemlibet conuentum eccleſiaſticum; ſed eum, qui dominico die fiebat) Quamquàm, graui etiam auctore labi, turpe ſemper fuit; tamen turpiſſimum cenſendum eſt, in eo cum alijs errare velle, quod ipſum per ſe manifeſtum omnibus eſt, falſum omninò eſſe. Tertullianus quartam, & ſextam feriam ſtationibus dicatas affirmat lib. aduerſ. Pſychicos, & negat die dominico fieri licere de cor. mil. & de orat. in fine, & in eod. lib. aduerſ. Pſych. Quarè miror hominem eruditum alioqui, & diligentem, errorem potiùs alterius ſecutum; quàm rem examinare voluiſſe. Cum præſertim antiquitatis ſtudioſus, tum ex Aug. in Epiſt. Ioan. tract. 2. tom. 9. aliquid ſubodorare poſſet, tum clarè diſcere ex Herma. lib. 3. c. 5. ſtationem ieiunium eſſe; quod Tertullianus ſatis indicaret. Vide Sur. in vita Fructuoſi tom. 1. Iſid. lib. 6. c. 19. inter ieiunium, & ſtationem quid interſit ſecundum aliquos docet. L

Ep. 42. Salubri ratione *libratas* in hoc fluctu æſtuantium fratrum mentes) libratæ.

Ep. 43. Conſtat autem ex nuncio *unam* miſſam hanc epiſtolam) vnà.

Ep. 49. Curioſus ſemper, vt prodat ad hoc *adulatur*, vt fallat) adulator. Aliàs.

Ep. 52. Sed ab ea, quæ per delicta poſtmodum *ſerpit*) Aug. Ser. de Temp. 181. in vigilia Pentecoſtes de Symb. expoſit. c. 14. Surrepſit habet, fortè ſerpſit ſcribendum. L

Adnot. n. 4. Ideſt, qui libellos offerebant, vt ſupplicia euaderent) Non legimus oblatos libellos, ſed acceptos à Chriſtianis; oblatos autem à Magiſtratibus, aut miniſtris infidelium, quibus libellis à perſecutione fideles ſe tueri ſolebant. Rectiùs multò intellexit Michael Baius in epiſtola ad Abbatem Parcenſem, quæ Romæ edita eſt iterum 1578. L

Ep. 54. Quando permiſerit ipſe, qui *legem dedit*) & legem dederit. Cod. Veron. & Beneu.

Ep. 55. Cum Deus tradi permittat, quos diſponit coronari) Cum Deus tradi permiſerit, & coronari. C. Veron.

Adnot. n. 5. Dilectionem iuxta quod græcè ἀγάπην). ἀγάπην Oecumenius eo loco ità expoſuit; ſed antè cum Chryſoſt. & Theodor. ἀγάπην Chriſtum interpretati ſunt in loci eius explanatione. Symmach. ep. 78. lib. 1. videtur eodem ſenſu vſus verbo Dilectus, cum ſcripſit: Frequentèr expertus Dilectum religioſi animi incentiuo viciſſitudinis promoueri. L

Ep. 57. Doctor ſuperbiæ, veritatis corruptor, *proditor caritatis*) perditor caſtitatis. Veron. Cod. Quæ à Tertulliano mutuatur libenter probanda videntur; ità enim Tertullianus lib. de Caſt. luxuriam caſtitatis perditricem dixit. Quamquàm

ia-

locum Tertulliani aliter omninò legendum ſtatui in Coniecturis meis in eum Scriptorem L

Ep. 64. Et *qui* accedunt miniſtrare ad Altare Sancti) cum. C. Vat. & Veron. locus eſt ex calce cap. 28. Exod. vbi LXX. habent ὅταν. Hac etiam ſententia bis præterea vſus eſt Cypr. ep. 68. & 72. Amb. lib. 1. c. 18. de Offic. in fine, retulit eandem ſententiam his verbis: Cum accedent ſacrificare ad Aram Sancti, & non inducent ſuper ſe peccatum, nè moriantur.

Ep. 67. n. 2. Ille autem, qui contumax eſt vir ſui iactans, nihil omninò *perficiet*) proficiet. L

Ep. 68. n. 4. Quoniam, qui talia, inquit, agunt, morte ſunt digni) ✠ Codd. Veron. & Vat. vt ea lectio probari omninò, & omnibus tàm græcis, quàm latinis meritò præferri debere videatur. L

Adnot. n. 4. Aliter rurſus legit Origenes) Cum Origenis lectione conuenit Cyprianus, niſi fallit interpres, lib. 1. tom. 2.

Apud Latinos autem priori modo legunt Saluianus) Ex Saluiano nihil poteſt conſtitui.

Ambroſius, & qui Sedulio, ſiuè Hieron. aſcribitur Comment.) Ambroſius habet repetitionem; ſed non habet diſtinctionem (inquit) Sedulius, aut Hieron. cum Origene, & Cypriano conſentiunt. L

Diuus etiam Auguſtinus in Pſal. 57.) Auguſtinus etiam cum Origene, & Cypriano repetionem non agnouit. L

Adnot. in Ep. 69 n. 2. Manceps eſt (inquit Feſtus) quiſquis à populo emit aliquid, *conducitur*) conducitur.

Ep. 70. n. 2. Porrò autem Euchariſtia, & vndè baptizati vnguntur oleum in Altari *ſanctificatur*) eſt. O. ſanctificatum.

Adnot. n. 1. Neque enim reperitur aut in græca edita hæc in epiſtola in Nomocanone Photij) In explicatione Nomocanonis per Theodorum Balſamonem antè initium Concilij Carthag. L

Neque verò, quo loco ſcriptura hæc repetiatur, ſcire potuimus) locus eſt Prou. 9. in fine.

Num. 2. Non placet, eo quod paulòpoſt diſtinctè loquatur). Cum Balſamonem latinè verſum legerit; miror quomodo potuerit ſibi perſuadere lectionem Eraſmi contra omnium Codicum tàm ſcriptorum, quàm excuſſorum fidem meliorem eſſe; cum hic oleum ſanctificatum, & Euchariſtia idem ſit. Et idem videtur aſſeri in ſententia Concilij in ipſa Synodo notata. L

Et Diuus Aug. dicto cap. hoc argumentum ſoluẽs, etiam vtriuſque meminit) Non video Aug. in eo cap. vtriuſque meminiſſe. L

Ep. 75. In Argum. Ità, vt putem, conſultò illam omiſiſſe Manutium) Ego Latinus omiſi, non Manutius, cum Maiorum exempla ſecutus, tùm hominis petulantiam deteſtatus. L

Adnot. in Epiſt. 79. Tùm etiam, quod expreſſam de confeſſione Cypriani mentionem faciat) At hæc alia eſt confeſſio longè antè mortem prægreſſa, cum in exilium, ademptis bonis, miſſus eſt. Si quis diligentiùs obſeruabit inueniet Cy-

Qui Spiritu *Dei* ſeruimus, & non in carne confidimus) Deo. F

Lib.6. Eſto *eſt* enim ille, de quo locutus eſt talis) < F

Vt ſicut boni optant cunctos honeſtate *mentium* vincere) morūm. F

Eequæ nobis, quæſo, *quæ* ſpes erit apud Deum) < F

Expectantes beatam ſpem, & aduentum *Domini* gloriæ magni Dei) < L

Et non poterat vltra Dominus portare propter malitiam ſtudiorum *noſtrorum*) veſtrorum. O

Cumque etiam pupillis prodigis, *vel prodigioſis* ſoleat ſubuenire paupertas) < L

Sed *in* hoc ipſo pœnaliora, quia cum videantur ſpecie eſſe proba) &. F

Denique expugnata eſt quater vrbs Gallorum *Treuir* opulentiſſima) Treuiri. F

Completis iniquitatibus ſuis peccator, *quis* meretur vt parcar) quibus. L

Ludicra ergo publica *Treuir* petis vbi, quæſo exercenda?) Hic ciuem ſignat. L

Templis quoque ipſius *vultu* noſtræ feſtiuitatis induimus) vultum F

Lib.7. Sed quid *accidit* inſuper ad mala noſtra?) accedit. L

Quibus vſque ad hoc fortudinis factum contingeret aſcendere, *&* poſt) vt. L

Quæ *ad* eos punienda Hiſpanorum flagitia illuc traxerat) < L

Ità delicias corruptorum hominum adepti ſunt, *quo* corruptelas) vt. F

Lib.8. Miremur itaque *aut* indignemur, quod aliquando) haud. F

Obſeruationes, & Correctiones in Homilias S. Maximi Epiſcopi Taurineñ.

Editio Pariſijs, apud Michaelem Sonnium.

Homiliæ Hyemales.

Moritur Honorio, & Theodoſio iuniore, regnantibus An. ab orbe redempto 420.) Expende diligens Lector, qui fieri poſſit, vt hoc anno moriatur, ſi is eſt Maximus, qui in epiſtola Euſebij Mediolanenſis poſt Synodum Chalcedonenſem ſubſcripſit, vt habetur poſt epiſtolam 52. Leonis Papæ, quæ Herculano Conſ: data eſt an. Dom. 452. L

Hom. 2.) Habetur inter Sermones Amb. n. 29.

Hom 3.) Habetur inter Sermones Amb. n. 14.

Hom. 6.) Inter Sermones Aug. de temp. n. 11. ideſt, 7. de Natali Domini tom. 10.

Hom. 17.) Inter Sermones Aug. de temp. n. 37. ideſt, 2. in Dominica intra oct. Epiph. tom. 10.

Hom. 19. Quia quamuis opus facias bonum; *prauitatem* tamen degeneris animi) prauitate. F

Hom. 20. Vt quiſquam naſceretur homo, & humani vitij *nil* haberet) nihil. L

Hom. 25.) Habetur inter Sermones Ambroſij n. 49. & apud Aug. ſer. 118. de Temp. tom. 10.

Hom. 26.) Habetur inter Sermones Amb. n. 50.

Hom. 27.) Habetur inter Sermones Amb. n. 51. & apud Aug. Ser. 128, tom. 10.

Hom. 28.) Habetur apud Amb. Ser. 55.

Hom. 29.) Habetur inter Serm. Amb n. 56.

Hom. 30.) Habetur inter Serm. Amb. n. 57.

Hom. 31.) Habetur inter Serm. Amb. n. 58.

Hom. 32.) Habetur inter Serm. Amb. n. 44.

Hom. 33.) Habetur inter Serm. Amb. n. 45.

Hom 34.) Habetur inter Serm. Amb. n. 46.

Hom. 35.) Auguſtinus Serm. 2. de Cathedra Petri, qui eſt 16. de Sanctis, mutato initio, eadem omnia habet. Etiam eſt inter Sermones Amb. n. 47.

Homiliæ eiuſdem æſtiuæ.

Hom. 36.) Homilia hæc ſecunda eſt Paſchæ inter homilias 56. Euſebio Emiſſeno adſcriptas: ſed tàm primam, quàm ſecundam coniunctim leges integras inter ea, quæ Hieronymo falsò adſcripta ſunt. Tom. 4. L

Vt vel pro hoc erubeſcendis ſubiacere vitijs *digneris*) dedigneris. Euſeb.

Hom. 37.) Reperitur inter Sermones Amb. n. 52. Inſuper inter homilias Euſebio Emiſeno adſcriptas n. 56. non autem inter alias 142, eidem Euſebio adſcriptas. Conſtat autem neutras Euſebij eſſe, quod illarum auctores, qui plures omninò ſunt græcarum litterarum omninò rudes Latinos eſſe ſe palàm clamitant. L

Hom. 39.) Habetur inter Sermones Amb. n. 53.

Hom. 40.) Habetur inter Sermones Amb. n. 54.

Hom. 41.) Habetur inter Sermones Amb. n. 40.

Hom. 42.) Reperitur inter Sermones Amb. n. 60.

Hom. 43. *In eadem ſolemnitate*) Immo in Aſcenſionis ſolemnitate habita eſt: quare hæc ſuperiorem præcedere debet. Integer hic ſermo habetur apud Ambroſium n. 62.

Hom. 44.) Hic Sermo 61. prænotatur inter Ambroſij Sermones: vndè ſumptum eſt. can. ſcire debet. 76. diſt tributum Ambroſio à Gratiano. L

Homiliæ eiuſdem de Sanctis.

Hom. 50. Niſi *propitius* hoc ipſe Pater per Petrum nobis reuelaſſet) prius. F.

Confidentiam tamen in eo *reparare* crudelitatis ornauit) reparatæ. L

Nàm ſicut in deſerto, dominico ſitienti populo, aqua fluxit è petra) iuſſu. L

Ità vniuerſo mundo perfidiæ ariditate *laſſatim* de ore Petri) laſſato. L

Hom. 54.) Habetur inter Sermones Ambroſij n. 66. & Auguſtini Ser. 3. in eod. feſto tom. 10. L

Hom. 60.) Habetur inter Serm. Amb. n. 72. L

Hom. 63.) Habetur inter Serm. Amb. n. 77. L

Homilia eiuſdem diuerſa.

Hom. 65. Et alienus à fide, atque hoſtis appareret Eccleſiæ, * *aut tanquam baptizatus* neſciſſet) qui id ſignaculum, aut tanquam non baptizatus. L

Hom. 66.) Habetur inter Serm. Amb. n. 42. L
Hom. 67.) Habetur inter Serm. Amb. n. 43.
Hom. 68.) Habetur inter Serm. Amb. n. 9.
Hom. 69.) Habetur inter Serm. Amb. n 59.
Hom. 70.) Habetur inter Serm. Amb. n. 30.
Hom. 71.) Habetur inter Serm Amb. n. 31.
Hom. 72.) Habetur inter Serm. Amb. n. 32.
Hom. 73.) Habetur inter Serm. Amb. n. 82.
Hom. 74.) Habetur inter Serm. Amb. n. 78.

Obſeruationes, & Correctiones in S. Pacianum Barcinonenſem Epiſcopum.

Editio Pariſijs apud Michaelem Sonnium.

De Patientia, & Confeſſione.

Ex hoc libello hominem Tertulliani adeò ſtudioſum fuiſſe apparet, vt quæ ille in libro de Patientia ſcripſit, hic non ſit veritùs quaſi iiſdem verbis referre. L

Ecce ego vulneratus: ſed nolo curari *ſtomachum. Hoc erat: ſed videte quid ſtultiùs*) ſtomachandum hoc erat. Sed videte quod ſtultius. F

Et contraria quæque imponuntur * pernicioſa potantur) &. F.

Danielus cum ſodalibus ſuis ſacco tectus, & cinere, ieiunio *& iam* exangnis) etiam. L

Nemo Titij iecur credat, & *vulturum* poëtarum) vulturem. L

Æſtuat indefeſſis flammarum globis Æthna *& Liſeniculus*, & Veſuuius Campanus) Siculus. F

Et qui ſententiam flectat aduerſus malitias *irrogatam*) irrogatas. L

De Baptiſmo.

Scitis certè illud antiquum, quod Adam terrenæ origini *praſtitutus* fit) reſtitutus. L

Epiſt. 1. De Catholico Nomine.

Aſtitit regina veſte aurata, & *varietate*, hoc eſt, vna in omnibus) variegata. Infra.

Si idem ſtantibus præmia qui *tacentibus* remedia largitus eſt) iacentibus. L

Num Babylonium Regem poſt tot idolatriæ facinora damnatum) Non. L

Pater blandus occurrit, & inuidum fratrem *offenſa* ratione caſtigat) < L

Plura ſcriberem frater, ni & celeritate pueri reuertentis vrgerer *vel* præſenti) nunc. F

Vel de *omni* propoſito confitenti copioſiora ſeruarem) nomine. F.

Aut forſitan viſitatio fuerit *relaxari magnò* pondere) relaxari. Magno. L

Ep. 2. *Num* Helymam, fauente Sergio, Paulus excæcat.) Non. L

Et tamen ego de nullo quæſtus ſum, de *ſemine* vindicatus) nemine. L

Vtinam verum eſſet, quod doceri velle te dicis; iàm *ipſa* tibi manibus meis) ipſe. L

En qui ſe *paleam auferre*, & aream Domini purgare confidat) palàm ferre. L

Epiſt. 3. Ait nobis Dominus. Vos eſtis ſal terræ. Rectè ergo *pſallimus* iſta dicendo) ſalimus. L

Deſperato remedio totum vulnus *aperitur*) operitur. F

Ite, & docete omnes gentes, baptizantes *eas* in nomine Patris) eos. L

Mox idipſum in commune præcipiens *qualiter* tamen ad Petrum incipit) æqualiter. F

Quid ſaluo gentibus, quod non eſt ligatum; nàm ſi non *reputatum* eſt) renatum. F

An in radicem cohæſerit an * illa membra compegerit) in. L

Habes *aditum* ſecundùm Lucam: Et qui in filium hominis peccauerit) additum. F

Quod ſi Deus etiam peccata præterita puniuit, *de quo* tranſactis) deque. L

Attamen, vt *ait*, Apoſtolus condemnauit errantem) ais. F

Ain tandem? quia nos Domini mandata reſcindimus, nos vnum apicem legis inflectimus. Nouatiani quia tota Eccleſiæ, tota concordiæ, an potiùs iura violarunt) Ain tandem? nos Domini mandata reſcindimus, nos vnum apicem legis inflectimus, an potiùs Nouatiani, qui tota Eccleſiæ, tota concordiæ iura violarunt. F

Nouas *tibi* leges, noua inſtituta, nouos ritus pepererunt) ſibi. L

Nos idolo, & Belial iungimur, *aut* illi) an. L

Sed perdita Hiericho Achan filius. *Carini* propter furtum veſtis occiſus eſt). Charmi. L

Quam implacabilis rigor *rerum*, & immanitas veſtra mentitur). < F

Scimus etiam *eum* aquæ viuæ, fontemque ſignatum) puteum. F

Et pro populo non rogauit, *nec quod fecerat pœnitenti*) niſi quod fecerat pœnitente. F.

Dic, an iſtæ adoleſcentulæ ex veſtra plebe generentur, an tu ſolus *hoc* pariaſ?) has. F

Obſeruationes, & Correctiones in Sulpicij Seueri Sacram Hiſtoriam.

Editio Pariſijs, apud Michaelem Sonnium.

Lib. 1. Mundus à Domino conſtitutus eſt abhinc annos penè *ſex millia*) Totidem verbis eundem annorum numerum ſcripſit Cyprianus lapſum eſſe, qui antè hunc auctorem centum ſexaginta an-

annos floruit, ita in libel. de exhort. Mart. ad Fortunatum. L

Si quis partum non deformatum mulieri excuſſerit ✓ ueci dabitur) Deeſt prioris pœna, & ſpecies poſterioris delicti. L

Si Dominus ſciens beſtiæ vitium, non *conſuluerit*, & ipſe lapidabitur) concluſerit. F

Quod ſi Dominus vitium tauri ſciens, non ſciens, non *conſuluerit*; taurum dabit) concluſerit. F

Tunc Salomon diuinæ ſapientiæ munere *perimit* puerum, corpuſque eius) perimi. F

Poſt *adulationem* principum deprauatus, adoratuſque ab eis) adulatione. L

Lib. 2. Mortuus eſt anno ſexto, & vigeſimo ✓ rerum potitus eſt) poſtquàm. F

Interim *verò* iàm etiam ſibi pro conſcientia ſcelerum inuiſus) Nero. L

Nè *errorem* mortalium forſitan pro Cruce Domini latronis patibulum conſecrarent) errore. L

Nec mora quaſi Dei nutu *funeris extinctus* ſolemnibus exequijs) funus extincti. F

Tunc Euſebius Vercellenſium, & Lucifer *Caralitaſis* Sardiniæ) Caralis. L

Ariani *edentum* de induſtria vacantem orationis loco capiunt) ædem tum. L

Cum tamen nihil de eo ſpecialiter *damnaſſet* imperator) mandaſſet. L

Quem ſuperiùs ab Epiſcopis damnatum diximus in *Sylinam* inſulam) Tylinam. F.

Obſeruationes, & Correctiones in Haymonem Epiſcopum Halberſtatenſem.

Eadem Editio.

Lib. 2. cap. 3. Et Maria *fratris* Ioannis Euangeliſtæ) matris. L

Lib. 5. cap. 2. Nam nos ✓ homines comedimus, neque aliud quid mali agimus) neque. F

Cap. 11. *Penſemus* hic aliquantulum, vt poſtmodum recreati) Pauſemus.) F

Lib. 6. cap. 3. Quod Seraphin in *Aſia* Spiritum Sanctum expoſuerit) Iſaia. L

Obſeruationes &c. in Eucherium Lugdunenſem Epiſcopum.

Eadem Editio.

Commentarij in Geneſ.

Claruit ſub Theodoſio Iuniore an. Dom. 440.) Interfuit Concilio Arelateñ. III. quod celebratum eſt Opilone, & Vincomalo Coſſ. an. 10. Leonis Papæ I. vt ex ſubſcriptionibus eiuſdem Concilij conſtat: licet ergo conijcere annos aliquot Eccleſiæ præfuiſſe, cum iàm ante duodecimum annum Concilio Arauſicano, cui interfuit, ſubſcripſiſſe legatur, & ipſe fatetur Petronij Bononienſis Epiſcopi tempore viuere infra fol. 388. Cum autem Eucherius hic lib. 1. Reg. extrema pagina Gregorij moralia citet, & iterum lib. 3. ab eodem Gregorio miſſos in Britanniam Auguſtinum, Paulinum, & ſocios ſcribat his verbis. Iubente Gregorio venere Britanniam; non modo apparet eum poſt Gregorium floruiſſe, verum etiam Britannum eum fuiſſe. Citat etiam Caſſiodorum Senatorem lib. 3. fol. 238. Quare neceſſe eſt aut duos aſſerere Eucherios lugdunenſem alterum Epiſcopum, alterum britannum diuerſis floruiſſe temporibus, atque ea quæ à Trithemio recenſentur eius opera lugdunenſis eſſe. In Geneſim verò, & in libros Regum alterius ſcriptoris britanni eſſe poſt Caſſiod. & Gregor. qui ex Gregorio plurima non mutuatur tantùm; ſed penè omnia ſumit, aut falsò quæ aliena ſine adſcripta à vni Eucherio, aut denique deprauata ſcripta eſſe multis à poſteriore quopiam additis aſſumentis. Lat.

Lib. 1. cap. 3. Nec Salomonem credibile eſt errorem *putaſſe*) non putaſſe idololatriam F

Sed quid eſt, quod *ipſe* per mulierem decepit, & non per virum) ſerpens. F

Cap. 6. n. 40. Vt murus per tot millia circumagatur, & lignum ligno *cæmentatum*) coagmentatum. L

Secundum congruam rationem, diſcreta cœnacula, & *trigeſta*) triſtega. L

Lib. 2. cap. 21. n. 34. Quaſi maioris ætatis *loca* ſibi, & ludo priuogenita vindicaret) ioco. F

Ecce ancillam hanc cum filio ſuo; non enim erit hæres filius ancillæ) Eijce. L

De contemptione rerum humanarum) Iuuenilis videtur exercitatio, vel Tyronis velitatio. L

Et quidem à *profectione* vitæ ſanctæ pio etiam non abhorres ingenio) perfectione. L

Cognitumque *ſuſcipere*, vitamque, ideſt, diuinum donum, in diuinum officium) ſuſpicere. L

Quis *eſtruendi*, niſi cum fundamenta ieceris locus eſt) enim ſtruendi, vel extruendi. L

Dirumpamus inanium curarum vincula, quorum ſuccedentibus ſibi nexibus implicatis *in quibus* ſemper occupatio) vt crinibus. F

Diadema diſtinctis intermicabat *arboribus* ſplendebat inſtructa palatinis) ardoribus. F

Quis ſupra hominum verticem poſt temporariam felicitate *confugere*) conſurgere. F

Et vtique dùm *ad* viuunt, vitæ ſuæ cauſam agunt) adhuc. F

Vnum icciredò dominum ſuum vitare poſſint?) Nùm icciredò dominum ſuum vitare poſſunt? L

Spes enim, quæ videtur, non eſt ſpes: nàm quis *videt, quod ſperat.*) ſperat, quod videt. L

Futura tanquàm ab oculis reducta manifeſtiſſimè *præſpiciuntur*) perſpiciuntur. L

Præcepta, illis philoſophorum præceptis ✓ debent) præferri. F

Correctiones, & Coniecturæ in Martyrologium Romanum, poſt Notationes Cardinalis Baronij.

Editio Romæ, ex Typis Vatic. 1630.

Iannarius.

1. *m*) D. Hieron. in Chron. Baſilium florentem ſcripſit an. 380. in quo error magnus arguitur, ſi Niceph. Hiſt. Eccl. lib. 10. c. 25. vera ſcripſit, Baſilium, ſcilicet, Iuliano imperante Epiſcopum ſuiſſe, neceſſe erit multò plures annos in eo munere peregiſſe, vſque ad tempus hic deſcriptum, vel multò antè id tempus obijſſe. Conſtat enim Iulianum an. 363. fuiſſe occiſum. Si eo igitur anno Baſilius erat Epiſcopus, & octo tantùm annis rexit Eccleſiam, neceſſariò vitam eius non ad annum poſtremum Valentis producere poterimus; ſed in annum Imperij eius ſeptimum Concilium Antiochenum, cui Gregorius frater S. Baſilij interfuit, celebratum fuit an. 371. & ad ſummum 372. Ergo non eſt illud celebratum ſub Iulio Papa an. 352. L

2. *b*. Anno ſequenti à prædicto edicto) Anno non ſequenti; ſed poſt Coſſ. Diocletiani 8. & Maximiani 7. Concilium habitum ſcripſit Aug. ità vt multò antè legem codicum tradendorum latam fuiſſe colligi poſſit ex eo Auguſtini loco. L

Sicque numerantur anni quadraginta duo à martyrio Cypriani) Anni quadraginta tres numerantur ab anno 359. in quo Cyprianus occiſus eſt ad an. 402. qui fuit 19. Diocletiani, & Coſſ. Conſtantinus 4. & Galerius. L

d. Tunc Licinius, *quia* aduerſus Conſtantinum). qui. F

Qui Chriſtum adorarent. Hæc Greg. Nyſſenus) Corpora Sanctorum fratrum Argæi, Narciſſi, & Marcellini pueri, & Pappatis eius requieſcunt in Eccleſia Cathedrali Viterbienſi. Notandum verò quod Pappas non eſt nomen proprium, ſed nutritium ſignificat, iuxta illud Iuuenal. ſat. 6. Timitus præguſtet pocula pappas. Dom. Macrius.

3. Lutetiæ Pariſiorum Sanctæ *Genoueſæ*) Genoſeuæ: ita Ado, & Sur.

7. *b*. Quod & in Annalibus comprobauimus) Vterque enim eodem tempore imperaſse legitur diuerſis locis. L

10. *a*. At nec Dorothei adeo firma auctoritas in omnibus ſubſiſtit) Quod etiam parum veriſimile videtur, cum S. Lucas tantùm Stephani mortē ſcripſerit in Actib. non ommiſſurus reliquos, ſi eodem die Hieroſolymis occiſi fuiſſent.

c. Quiſque facilè obſeruare poterit ex epiſtolis Caſſiodori) Vereor nè nimis præceps ſententia, indicet te Nicephori verba parum expendiſſe. L

12. *d*. Ad quem extat epiſtola 27. S. Leonis) 37. & 35. Aliàs.

Licet in aliquibus exemplaribus pro Neone Leo ponatur) Leo legitur vbique.

14. *d*. De ijſdem autem ſcripſit fabuloſa Plinius) Scripſit bona fide, quæ reperit; ſed non probauit. L

15. *b*. Licet alterius potius, quàm Iſidori illud ſit opus) In codice manuſcripto Tract. S. Aug. in Joan. adſcriptus erat non Iſidoro; ſed B. Hieronymo libellus ille. L

i. Licet manuſcrip. ſub Theodoſio eum vixiſſe dicant) Vterque vera fortè ſcripſit, cum alter Leonis initium; alter Theodoſij extremos annos ſpectarit. L

16. *a*. Sicut, & feciſſe noſcuntur de Cleto, & Anacleto) Nouatiano, & Nouato. L

c. Eſt titulus de Piſtoribus, & Catabulenſibus Cod. Theod. lib. 14.) Tit. 3. l. 9. & 10.

g. Rhinocolturæ) Diod. in Bibl. lib. 1. p. 2. cap. 1. pag. 38. vocat Ῥινοκόλουρα.

18. *b*.) Imperatores duo Claudij, Eutychiano ſedente, imperarunt; qui tamen annum ſimul non vixerunt. Trebellij Pollionis oraculum recitatum; ideſt, Tertia dum Latia regnantem viderit ætas. non probat tres annos imperaſſe, ſed trium annorum Conſules vidiſſe. Non ergo prudenter factum, vt Trebellij Pollionis teſtimonio quæſtionem dirimere ſtudeat, qui primi Claudij vitam ſcripſit. Claudij ſenioris vitam ſcripſit Trebellius Pollio, qui non peruenit ad Eutychianum. Vixit ille quidem ſub tribus Conſulatibus, ſed non integro, niſi ſuo cum Paterno 2. Collega creatus anno priore Coſſ. Paterno, & Mariniano moritur 3. Hon. Febr. Coſſ. Antichiano, & Orfito. Imperauit igitur an. 1. m. 10. d. 15.

22. *b* Id habes ex epiſtola Eccleſiæ Lugdunenſis apud Euſeb.) Et compedem, & neruum, & cataſtam verterunt, quod apud Euſebium eſt ξύλον vbique legi quoque apud Euſeb. de præpar. Euang. lib. 8. cap. vlt. βασάνων εἴδη. Tormentorum genera. quæ verba Trapezuntius vertit Eculeus, vel ferrum.

Prudentius item ſic Vinctum retortis) Vide Plutarch. in Lucullo, vbi χοινίκων tormenti meminit.

Fidiculas enim idem eſſe, quod vngulas) Fidiculas vngulas non eſſe Quintilianus 19. ideſt, vltima Declamatione demonſtrat, cum ſcripſit. Ideo enim equuleos mouebam artifex, ſenex tendebam fidiculas ratione ſæuitiæ, & leuiter ſedibus ſuis emota compago per ſingulos artus membra laxaret: ſic legendum puto, non tenebam fidiculas. L

24. *g*. Suram dictam Greg.) Gregorius Suram prouinciam nominat, non locum, & Plin. loc. cit. Vmbros populos enumerans, Suarranos commemorat. Sorianum autem caſtrum in Tuſcia quinto lapide à Viterbio abeſt. L

25. *b*. Oecumen. in Act. Apoſt.) Oecumenius in Act. cap. 9. Ananiam hunc fuiſſe Diaconum, vt Paulus in Canonibus, atteſtatur. Qui nàm autem hi ſint Canones, quærendum eſt. L

27. *a.* Errat omninò, niſi ſit mendum in Codice, Theodorus) Verba Theodori hæc ſunt in meo Codice. Deinde ſub illius imperio, & Patriarcha Proclo reliquiæ Chryſoſtomi allatæ ſunt, & ad Sanctos Apoſtolos depoſitæ quinto kal. Febr. ità vt ſatis cum veritate conſentiat Theodorus: loquitur enim de die depoſitionis, & non tranſlationis.

28. *f.* Nàm nouatianæ ſectæ addictus homo erga Cyrillum) Vide quæ de Cyrillo ad Cyrillum ſcripſit Iſidorus Peluſiota ep. 310. & alibi.

Interfuiſſe Concilio *Eliberino*) Eliberitano; ità veteres manuſcripti, & Codex Regius.

30. *f.* Seditque temporibus Hadriani Imp. & non Traiani) Hadrianus Traianus quoque dictus eſt, quod adoptione nomen ſortitus eſt. L

31. *b.* Vt apparet ex eiuſdem Leonis epiſtola centeſima ad Gennadium) In meo Codice Leonis epiſtolæ ſunt nonaginta octo, & nulla extat ad Gennadium.

Februarius.

1. *a.* Tamen cum addit ſub conſulatu Attici, & Marcelli, & ipſe errat) Honuphrius Coſſ. Palma, & Tullo ſcripſit An. 110. ideſt, Traiani Imp. an. 11. verè. L

b. In libro enim 7. *cap.* 46.) cap. 47. vbi vide, quæ ſcripſit in eum locum Franciſcus Turrianus, qui fortè nodum hunc acutius vidit, commodiuſque diſſoluit. L

g. Non tantum Syris, atque *Meſopotamis*) Meſopotamijs, vel Meſopotamitis, vel Meſopotamienis, vel Meſopotamenis. F

2. *c.* Clemens Conſt. lib. 7. cap. 47. licet Metaphraſtes) Extant apud Surium ex Metaphraſte; ſed nihil indè in latina verſione habetur, præterquam Cæſareæ Paleſtinæ Archiepiſcopus appellatur Ioannes. Clemens loc. cit. Cornelium Cæſareæ Epiſcopum ſecundum; Zachæum verò publicanum primum fuiſſe ſcripſit. L

3. *c.* Et neruus ferreum vinculum) Cum nerui, ac ferri hic fiat mentio, non videtur neruus ferreum hic vinculum ſignificare. L

8. *g.* Sed quoniam in recentiori editione S. Amb. Romæ facta Cenetenſis pro Citinenſi) Quo loco editionis Romanæ ità reſtitutum legitur? L

9. *c.* Soli dicta eſt ciuitas in Cypro, de qua Strabo) Solos ciuitatem omnes in Cilicia locant. In Cypro neque Strabo, nec quiſquam, quod ſciam. Vide infra 15. Martij in Auxibio Epiſcopo Solienſi ex Metaphraſte in eius vita, vbi Cypri vrbs Solienſis ſcribitur. L

10. *b.* Additum in laudem eius; *quæ* quidem alterius eſſe) quam. L

13. *a.* Prudentius in Periſteph. egregio carmine cecinit) hym. 3.

16. *c.* Recenſet Ioſeph. lib. de Mach. cap. 7.) ſi Græca verba Ioſephi conſules miraberis, quàm diuerſa ſint ab ijs, quæ hic recitantur. L

17. *b.* Licet de Perſis nulla apud eos mentio habeatur) An neſcis longas Regibus eſſe manus? Non fuit neceſſe Decium Perſis bellum mouere, vt ſub eius perſecutione Polychronius Martyr occumberet. L

f. S. Hier. ad Pamach. in apol. aduerſus Ruf.) Vide in Iob. c. 31.

18. *d.* Idque ex ſententia Marcellini Comitis.) Quẽ ſequutus eſt Honuph. in Chr. L

Vbi ait eum exulaſſe factione Dioſcori) Epiſpam. L

Sed hæc quidem omnia repugnare videntur Actis Sacroſancti Concilij Chalced.) Marcellinus Comes Flauiani exilium narrat, non mortem; Aliqui etiam Flauianum in carcerem coniectũ cum Euſebio Epiſcopo Dorilacenſi ſcripſerunt, quod fortè antè coactam Synodum fieri potuit, & vtrumque verum aſſertum. L

Poſtquam Hilarius Diaconus legatus) Iulius enim Epiſcopus, Renatus Presbyter S. Clementis, Hilarius Diaconus, Legati. L

20. In Cypro inſula Sanctorum Martyrum *Pothamij*) Potamij. F

25. *b* Auctoritatem cuiuſdam alterius manuſcrip. Bibliothecæ) Martyrologij. F

Nos autem Romano plus deferimus) Socij quidem fuerunt, ſed non omnes, qui in carcere detinebantur ſocij eodem die paſſi ſunt; ſed aliquot tantùm, qui fortè fame priùs conſumpti ſunt. L

c. Felix autem quartus obijſſe dicitur) Felix moritur an. 440. Gregorius moritur an. 604.

Hac itaque habita ratione vtriuſque Felicis) Finge vtrumque eiuſdem ætatis fuiſſe, cum mortui ſunt. Intercedunt itaque anni 164. quos ſi diuidas in gradus quinque, dempto Gregorij vitæ tempore annorum ſaltem 64. conficies generationi, vel gradui annorum viginti ſpatiũ. Quod probabile non ſolum; ſed neceſſarium, omnino ſtatuendum eſt. L

26. *c.* De S. Aug. de pec. orig. *lib.* 1. *cap.* 10.) lib. 2. cap. 8. L

Martius.

2. *c.* De ſupplicio decreto aduerſus irriſores) Sed non eſt ad eam pœnam trahendum hoc, cum ibi diuturnæ vitæ in tormentis finis electus fuerit: hic verò contra in vas incluſa demerſa in paludem ſit.

2. *f.* Colligitur Longobardorum alios fuiſſe idolatras) Et Italos quoque eas in partes diſtribuemus, Gentiles, Arianos, Catholicos etiam Gregorio Pontifice. L

7. *b.* Meminit Tertullian. de ipſarum altera, Perpetua, ſcilicet, lib. de anima) cap. 32.

8. *f.*) Gennadius meus Lugdunẽ. & Roman. editus poſt Hieronymi opera Pomerium Gallum presbyterum octo libros, quorum argumenta enumerauit, conſcripſiſſe ad Iulianum Epiſcopum, & verum presbyterum prodidit cap. 95.

quod

quòd penultimũ eſt eius Catalogi, in quo de ſe nihil ſcripſit. Vnde Trithemius cum Baronio in exemplaria integriora incidit. L. Scripſit autem Iulianus Pomerius Epiſcopus Toletanus aduerſus Iudęos libros tres, qui excuſi antè aliquot annos paſſim circumferuntur. Libros verò tres inſcriptos Iulianus Epiſcopo Toletano habemus tom. 3. Biblioth. Sanctorum Patrum, in quibus Iulianus Pomerius ſæpiſſimè citatur, atque Gregorius Papa I. alicubi. L

9. *b.* Dum recenſet ſupplicia militaria) Hìc non pœna militaris, quæ mortem afferebat; ſed ſpecies tormenti fuit viuentibus. L

e. Hac ergo vi loci, & temporis immanitate perſpecta) Hac ergo, vel loci, vel temporis immanite perſpecta. Orig.

10. *d.* Eſt 12. apud Cypr. edit. Pamel.) 22.

c. Sozom. Lib. 1. cap. 3. & alij) Sozom. lib. 1. c. 2. & lib. 2. cap. 3.

14. *b.* A Chriſtianis *ſtatutis* diebus religionis ergo) ſtatis. F

Cum autem conſtet magos è robore præcipitari ſolitos) Conſtat etiam præter Magos alios præcipitatos. Vide Lipſ. in 4. An. Taciti. L

16. *b.* Exhibentur lebetes, *cataſta*, frixoria) Hoc nomen non eſt apud Ioſephum græcè excuſum. L

22. *a.* Item Gregor. Turonen. de geſt. Franc. lib. 1. c. 30. vbi tamen manifeſtè errat) Tàm hìc, quàm infra 9. Octob. Videtur Gregorij ſententia parũ intellecta, cum non de Epiſcopis, qui in Decij imperium incurrerunt; ſed de ijs, qui primi in Gallijs Eccleſias rexerunt, manifeſtè agat, occaſione ſumpta ex Saturnino, recenſet alios, qui primi miſſi in Galliam fuerunt, quos conſtat multò antè Decium miſſos. Locus, vt videtur diligentius omnia conſideranti, non caret mendo, ideſt, verborum adiectione.

b. Non autem, vt neget omninò *nunquàm* Paulum in Hiſpanias) vnquam. F

De duodecim Apoſtolis, quo firmiter auctor aſſerit) in F

i. Et non virgo, vt putauit *aliquis*) Galeſinus arguitur, nec mirum; nàm obſcurè explicatur veritas parum ſingula conſideranti. L

24. *d.* Agit de his Euſeb. hiſt. lib. 8. cap. 25.) c. 13.

Ex Caſſiodoro Var. lib. 11. cap. 40.) cap. vlt.

g. Agit Suidas his verbis) ἐν Ἀγαπήτῳ.

25. *a.* Quæ adſcribitur S. Athanaſio) Hìc idem ſermo à Cyrillo ipſo contra Neſtorium affertur Epheſ. Syn. cap. 5. Xyſtus lib. 3. Biblioth. Athanaſium auctorem laudat. Quod aſſerit Baronius; ideo eam orationem Cyrillo tribuendam potius, quàm Athanaſio aliquando ſe opinatum fuiſſe, quia in ea auctor tàm acriter pugnat contra dogma Neſtorij; non debuit hominem in hiſtoria maximè verſatum fallere, cũ multò antè Neſtorium plures extiterint hæretici, contra quos Athanaſij verba meritò, conuenienterque dicta quiuis intelligere poſſit. L

26. *c.*) Vide can. 6. Nicęnæ Synodus, & diſt. 65. can. mos antiquus. L

Aprilis.

3. *e.* Apud Senecam lib. 7. declam. 1. inuenies, & culleum ligneum) Non culleum ligneum dixit Seneca; ſed culleum appellauit nauem metaphoricè. L

4. *b.* Triennij ſpatium ab obitu, Theodoſij) qui incidit in an. 395.

Non veniſſe vltra annum conſulatus Attici & Cęſarij) an. 397.

7. *d.* Gen. 40. Deuter. 21. Ioſue 8. Eſther. 5. 6. 7.) In Gen. cap. 40. nihil habent LXX. niſi verbum ἐκρέμασεν. Interpres addit in patibulo. In c. 21. Deut. Κρεμάσητε αὐτὸν ἐπὶ ξύλου. Denique in c. 5. & 6. Eſth. idem eſt. cap. 7. tantùm mutatum eſt verbum κρεμάζω in σταυρόω. Patibulum non magis crucem, quàm quoduis aliud ligni genus, quo reus affigi ſoleret, ex vi verbi ſignificare videtur, vt etiam crucis ſupplicium, non ligni forma decuſſata; ſed quidquid cruciando homini mortem afferret, appellatum eſſe cõſtat. L

9. *d.* Videatur can. 60. Concilij Eliberini.) Vide can. 41. eiuſdem Conc.

Eſt & de his etiam S. Auguſtini doctrina in ep. 50. ad Bonifacium) & ep. ad Publiculam. Verba Auguſtini hæc ſunt. Nam illud ſi accepta poteſtate facere vellent, ſi quid eis accidiſſet, poſſent habere qualemcunque vmbram nominis martyrum. Carolus M. in cit. ep. Aug. non inueniuntur hæc verba.

l. Ego verò Scæuolæ magis aſſentior) At hæc maximè Numa regnante, & Pontificibus iam inſtitutis ab ipſo nomen impoſitum à ligneo ponte reficiendo Dionyſius quoque lib. 2. diſertè ſcripſit poſt Varronem, cuius verba ex græco ita interpres vertit. Hi ab vno ſuorum operum reficiendo, ſcilicet ponte ſublicio ipſorum lingua vocantur Pontifices. L

12. *a.* Eiuſmodi portentoſas voces, atque ſententias nunquàm antea auditas) Si Tertulliani aduerſus Hermogenem verba obſeruaſſes paulo poſt initium; non ità præcisè negaſſes nunquàm antè Arium ea verba audita, vel lecta.

13. Ipſum tantum inter Sanctos Epiſcopos recenſet Eccleſia Veronenſis) Veronenſis Eccleſia vnum agnoſcit Zenonem Epiſcopum, vt aſſerunt Veronenſes in præf. ad Lectorem. L

g. Nomine Manſueti Epiſcopi Mediolanenſis. l. 6. cap. 3.) cap. 2.

Sed miror quidem quàm non Damianus, ſed Magnus Epiſcopus Ticinenſis interfuit.) In Concilio Romano ſub Agathone, quod recenſetur Act. 4. Synod. 6. tom. 2. extant ſubſcriptiones Epiſcoporum, vbi poſt Manſuetum Epiſcopum Mediolaneñ. tertius ſubſcriptus legitur Anaſtaſius Epiſcopus Ticinenſis; inferius verò ſubſcribit, & Magnus Epiſcopus Papieñ. Vnde neceſſe eſt aut Ticinium, & Papia idem

non ſint, aut librariorum culpa factum, vt lectio deprauata, aut iterata fuerit. Epiſtola Manſueti nomine ab ipſo Damiano ſcripta legitur eidem Synodo, vbi Laurentij Surij prælixa quoque admonitio Pauli Diaconi ſententiam citat, & probat. Quare ſi coniectura vtendum eſt, putarem eundem Damianum cognomento Magnum appellari potuiſſe, conſueuiſſeque eo nomine paſſim vocari; certior eſt enim apud me hiſtorici Pauli fides, quàm librariorum, notariorumque diligentia. L

13. *b.* Irrepſit error, vt pro Antonio Hadrianus poſitus habeatur) Facilè ſoluitur nodus. Idem eſt Hadrianus, qui Antonius Pius; nàm per adoptionem Hadriani iurè eius nomen adeptus eſt. Nullus error librariorum arguendus; ſed conciliandi loci ſunt vera, & frequenti vſitata tatione ſcribendi. Lege infra die 15. *c.* & die 20. *a.* Lat.

c. Greg. Turon. lib. 8. cap. 28. de eius cæde agens) Ibi mors quidem Hermenegildi ſcripta eſt, quo verò anno occiderit nullum verbum, quare videtur his locus aliundè citari debere. L

14. *c.* Græci itidem de hoc hac die in Menolog.) Menologium excuſum in Biblioth. SS. Patrum in meo Codice nihil habet. L

16. *f.* Iterum pullulantem, qua etiam idem agit) iii. L

g. Habent, & Segobienſes ſuum Fructuoſum) Tarraconenſes quoque alium die 21. Ianuarij. L

18. *b.* Tertull. ſcribit de Fug. temp. perſecut.) Nunquam reperi hæc verba, quæ hic recitantur. L

21. *a.* Ex eoque cæteri, vt Caſſiod. lib. 3. cap. 2.) Caſſiodorus vbi id ſcripſerit non inueni; ſed ex Sozomeno relata ad verbum in hiſtoria tripartita. Quare vide quàm prudenter auctorem citet eum, qui aliena ſcripſit, non ſua in toto illo opere, quod ex tribus hiſtoricis collegit, eorumque nominibus appoſitis. Cedrenus autem ſcripſit anno Cōſtantini vigeſimo Saporem Chriſtianorum ſupra decem, & octo millia interfeciſſe. L

Aduerſus Chriſtianos excitatam eſſe teſtatur.) Quem ſequitur Marianus Scotus; non tamen alij damnandi ſunt; niſi aliundè conſtet veritas. L

c. Errore lapſus eſt idem Niceph.) Vt ſupra demus Nicephorum erraſſe; hic tamen falsò erroris arguitur; nàm & Sinaitam priorem Anaſtaſium facit, & eidem ſcripta, quæ recenſet, adſcribit. L

22. *i.* Impoſſibile videtur ad prædictum annorum numerum perueniſſe) Mihi autem probabile videtur Epiſcopum ſanctitate vitæ conſpicuum annos octoginta vixiſſe maximè, quod nominatim annus, quo mortus eſt, adſcriptus legitur. L

23. *a.* Quæ aduerſus diaboli vires tanti *martyres* imploret auxilium) martyris. L

b. Ioſephus lib. de Machab. ad Polyb. his verbis) Corrupta lectio Ioſephi ex interpretis defectu; nàm textus græcus ita legit Δόγμα ἔθετο, ὅπως ὅσοι αὐτῶν φαίνοιντο τῷ πατρίῳ πολιτευόμενοι νόμῳ, θάνοιεν. Quæ ita latinè reddi poſſent. Edictum poſuit, vt quicunque legi patriæ obſeruāde ſtuderent, necarentur. Vbi nulla rotæ mentio facta eſt. L

24. *f.* Edidítque noſter Achilles Statius) Qui tamen editi multò antè fuerāt Baſileæ nomine Fauſtini Diaconi. Conſule Gennadium, & nè diuerſos intelligas Commentarios, confer vtroſque, & eoſdem eſſe comperies. L

25. *b.* Supplicationes, litanias, Rogationes, Pentecoſtes tempore lego. Ieiunia verò Canonibus fieri prohibita ſunt. Quarè Auguſtini ſermo non videtur huic tempori conuenire poſſe. L

26. *c.* Ex quibus omnibus erroris arguitur Nicephorus) Nicephorus ex Athanaſio fatetur accepiſſe, qui Nicæno Concilio interfuit. Athanaſij verba leges ſer. 1. aduerſ. Arian. L

30. *g.* Ex actis publicis, quæ proconſularia dicebantur) In prouincijs proconſularibus, vt Africa, alibi tamen non ità vocabantur. L

i. Ad quem extat S. Ambroſij epiſtola.) 57.

Maius.

2. *a.* Cum ſediſſet annos ſex ſupra quadraginta) Et hic putauit B. Hieronymi Chronico ſtandū, qui Athanaſij ordinationem anno Domini 333. locauit; mortem verò an. 377.

5. *i.* Vt ipſe profitetur in epiſt. ad Auguſtinum ſcripta) Poſtulabat hic locus, vt error eorum argueretur, qui Hilario Pictauienſi tribuunt eam epiſtolam ab Hilario Arelatenſi ad Auguſtinum ſcriptam, eamque edendam curarunt. L

6. *g.* Ex his itaque corrigendus eſt Sozom. lib. 6. cap. 33.) Quid ſi inter duos eiuſdem nominis conſediſſet Protogenes? Id quod innuere videtur explicatio addita in re neceſſaria, cum adiecit. Vitum autem illum dico multorum ſermone celebratum &c. Quarè niſi priùs conſtet vnū tantum fuiſſe Vitum, Sozomenus erroris argui non debet. L

7. *b.* Brutius enim illorum temporum nobilis hiſtoricus) In Chronico an. 16. vbi Brutius Scriptor citatur, vt puto, librariorum errore. Fuit enim Etatius Clarus eo tempore ſcriptor inſignis, ad quem extant epiſtolæ Plinij, cuius & Dio, & Spartianus meminere. L

8. *a.* Gelaſius enim ſedere cœpit ann. 492.) 494. L

c. Licet Socrates lib. 6. c. 21. dicat fuiſſe caſtaneam) Apud vtrumque idem nomen καστάνα. vel καστάνεα legimus, interpres variauit vertendo, cum idem nomen vtrumque ſignificet. L

9. *f.* Quæ recitat Metaphraſtes die 28. Octob.) 20.

Longitudinem temporis iàm *emota*) κατασεσεισμένα. Scilicet, quaſſata, concuſſa. L

Et So-

Et Socrates lib. 1. cap. 12. & 26. in fine) Cap. 26. in græcis, 40. vltimum apud omnes eſt. L

b. Scripſit Ioannes Archidiaconus ad *Verſionem* Barenſem) Vrſonem. L

10. *a.* Vt ex Ammiano Marcellino vſatis liquet) lib. 21.

Vt idem Marcellinus * teſtatur) lib. 23.

Scribit Hermannus in Chron. anno Domini 770. 774.

b. Quæ tùm S. Gregorius in moralibus, tùm alij) lib. 11. cap. 22.

13. *a.* Exciſum eſſe teſtatur lib. 2. ad Iouinian.) Si Hieronymi extrema verba ponderentur, non conficietur ex eis, quod hic aſſeritur. Hæc ibi leguntur. Squallet Capitolium, templa Iouis, vt cærimoniæ conciderunt. L

Cuncta eorum fana, templa, delubra, ſi qua etiam nunc reſtant) Si expiari ſigno crucis præcipie templa Dæmonum; non video qua ratione id fieri poſſit, niſi templa extent: quod addit, reſtant integra, interpretandum neceſſario videtur, vt inde aræ, ſigna, ſimulacra deſtruantur; ædificia verò expientur, alioquin areæ tantùm præciperentur expiari, non fana, templa, delubra.

14. *d.* Plutarchus in Alexandro exactè agit de huiuſmodi ſupplicio) Plutarchus vſus eſt quidem verbo ἀποτυμπανίζειν; non autem nomen ab eo deriuauit, quo nemo vſus citatur. L

g. Eſt enim Ferrentis, ſeu Ferrentum in Thuſcia) Ferentum in Etruria eſt Othonis patria, vndè Ferentini. Ferentinum in Hernicis, ſeù mauis in Latio Ferentinates facit. L

Iunius.

3. *c.* De quo Aelius Lampridius) Cœlianus ibi legitur, atque ita Codices manuſcripti habent. L

4. *b.* Præerat enim illis Auguſtini temporibus) Apud S. Auguſtinum epiſt. 50. & 157. alter Optatus legitur viuus. L

Apud Matth. 6. ait, intra cubiculum tuum) ταμιεῖον apud Matth. & alios locum quemlibet in ædibus diuiſum, ſecretumque ſignificat, neque erat opus oſtio clauſo orare in loco ad orandum conſtituto. L

11. *f.* Vt eadem etiam Sacella dicantur) Non ità Plin. in Epiſtolis, non ita Cicero, non Trebatius iuriſconſul.

12. *b.* Scorpio *recentiſſimo* nomine vocatur) recitiſſimo. L

Sic & Græci interpretes appellant) Σκορπίους videntur appellaſſe Græci interpretes fuſtes nodoſos flagellis ramorum non omninò recitis; ſed extantibus truncis, vt ſcorpionis quodammodo figuram exprimerent, quod Athanaſius quoque loco citato declarauit, & Victor loco ſupracitato clariore deſcriptione ab oculos poſuit. L

Plin. nat. hiſt. lib. 7. c. 56.) Plinius loco citato hæc habet. Et in tormentis ſcorpionem Cretas inueniſſe dicunt. Iſid. lib. 17. c. 13. ſcorpionem ſagittam venenatam exponit. L

16. *b.* Ex his plerique Latinorum ſunt corrigendi, qui Antiochiæ eos paſſos referunt) Romanum Martyrologium vetus, & qui ſequuntur Vſuardus, Beda, Galeſinus, & alij Antiochiæ paſſos aſſerunt. L

22. *a.* *Paratus* vir illuſtris acta S. Paulini) Pacatus. L

24. Apud ſtylum in *Calabria* S. Ioannis) Brutijs. L

Iulius.

6. *d.* Tranquillini) Cuius corpus requieſcit in Eccleſia Cathedrali Viterbij. Dom. Macrus.

9. *e.* Seu Thorana mendosè legitur) Τινίεν appellat Dionyſ. lib. 1.

13. *a.* Agunt de eo S. Ignatius) Ep. 1. & 4. Ἀνακλήτου legitur. In Codice Mediceo eſt Ἀνέ... vt notauit Turrian. lib. 2. cap. 10. pro epiſt. Rom. Pont. L

17. *K.* Scribit S. Ambroſius lib. 3. de Virginib., vbi) initio.

Ad Siagrium 47. lib. 6. edit. Rom. in fine *, vbi) ep. 64. lib. 8.

Et epiſt. 13. lib. 2. edit. Rom. * quam) epiſt. 33. lib. 5.

21. *f.* Licet Nicephor. dicat cum presbyterum Oſtrenum lib. 4. cap. 23.) & 25. Zoticum Otrenum, vel Oſtrenum fecit Apollinaris quoque apud Euſeb. cap. 15. L

28. *f.* Apertis oculis, ſurſum, ac deorſum deductis * conſulit palpebris) &c.

Auguſtus.

1. *b.* Hæc ex Ioſepho, ſed verſione Eraſmiana) In Codice græco tàm excuſo, quàm manuſcripto Vaticano nomina nulla leguntur. Vndè autem Eraſmus ſumpſerit nondum inuenire potui. L

b. Vbi Euſebius *Fregella* mendosè pro Vercellis) Iàm antè à me reſtitutus eſt Βερχέλλας. Socrates lib. 3. cap. 5. & 9. & alibi Βερκέλλας vocat. L

3. *e.* Sed & de *vino* lapide illo, ex quo multa etiam miracula) vno. F

5. *a.* Hic fecit baſilicam nomine ſuo iuxta macellum *Libia*) Liuiæ. L

d. Afræ) Quid ſi Afra Virgo pro Africana dicta ſit, quæ alio proprio nomine vocaretur? L

8. *b.* Stipem miniſtrabant, *viduarumque*, pupillorum) viduarum, &c. F

11. *a.* Dicebatur columna illa milliarium aureum) Nec Suetonius, nec Tacitus, nec Plinius, nec Dio columnam vſquam vocarunt. L

22. *g.* De Faleria Faliſcorum meminerunt) Locus

cùs adhuc nomen retinet vulgò Falari dictus. L

21. e. Cornicularij.) Vereor ne quod verum eſt in corniculi, armillarum, pateræ, haſtæ, puræ & ſimilium ornamentorũ militarium donis, nullo modo verum ſit in cornicularjorum nomine affirmatum, niſi quod attinet ad eam militiam, quæ Palatina dicitur, de qua Imp. in Conſt. & Caſſiodorus meminerunt, vt Cuiacius, & poſt eum Pandulphus, & alij. L

24. b. Mendum eſſe putatur apud S. Auguſtinum) Quare Auguſtini lectio in numero centum quinquaginta non aduerſatur hiſtoriæ. L

25. K. Cui Anthimus, & ei Mennas eſt ſubrogatus) Ea fortè de cauſa, quod coactus abdicauit poſt menſem decimum. Anthimus non eſt in ſuo ordine numeratus vbique ab Euagrio. L

27. b. Reperitur idem Cæſarius interfuiſſe Concilio Arelatenſi tertio, & quarto) Arelatenſe quartum extat, ſed longo interuallo habitum ſub Carolo Magno tom. 3. Mentio autem in Meldenſi can. 73. non Arelatenſis Concilij: ſed Agathenſis facta eſt. Canon enim ibi citatus eſt eius Concilij c. 4. & habetur. 28. q. 1. Errore autem librarij factum eſt, vt Agathenſe in Arelatenſe mutatum ſit. Sicubi tamen ità ſcriptum reperitur, quod ego certè nunquam vidi. Quare hic manifeſtus error omninò corrigendus eſt. L

29. b. Hieroſolymis delatum eſſe in inſulam Melitam) Non Hieroſolymis; ſed Rhodo delatus eſt non ſolum index, ſed pollex, & medius, manuſque Quæ ſacra reliquia à Turcarum Imperatore donata fuit Magno Magiſtro. vide Boſium in 2. par. hiſt. Dom. Macer. Ex Antiochia Byzantium tranſlata idem Baron. An. 956 n. 5. Vide etiam, quæ ſcripſi in Apologia pro eiſdem Equitib. cuius tit. Il Valor Malteſe contra Hier. Bruſonem propoſ. 13. §. Onde perciò. Carolus Macer.

September.

1. b. In quibus omnibus corrigenda ſunt, quæ in ciis de S. Cypriano) Error natus videtur à Græcis, qui Cyprianum vnum ex duobus faciunt. Conſtat autem Nicomedienſem ſub Diocletiano, & Maximiano paſſum eſſe, quo tempore duodecim fratres. L

14. c. In qua S. Gregorius Nazian. præclaram habuit orationem) Neque præclara, neque Gregorio digna videtur. L

Appellabatur enim celebritas *Cyprianea*) Cypriana.

16. k. Hæc Ioſephus ex verſione Eraſmiana) Hæc verba Ioſephi latinà non conſentiunt cum textu græco. Item abſurdum eſt orbiculare ſaxum, & chordam hoc loco ſomniare orbicularem. L

19. a. Sub Coſſ. Leone Auguſto quarto, & Probiano Ind. 9.) Error eſt anni vnius, vt ex eodem colligitur; nàm Marciano, & Feſto Coſſ. Indict. 10. factum deſcribitur, quod recitatur. L

Eſt hic annus Domini 471.) 472.

20. e. Penes Francos enim mulieres) Quod hic aſſeritur penes Francos mulieres in fornicationis crimen lapſas decaluari, non de omnibus loquitur Capitulare; ſed de Nonnis velatis. L

Habes de his cap. 2. *lib.* 6. in capitularibus) lib. 5.

Vt ſcribit Plin. lib. 16. c. 44.) Quamquam res vera maximè ſit, Gentiles conſueuiſſe tondere Veſtales virgines; tamen non probatur, nec colligitur ex hoc Plinij loco. L

f. Candidæ) Cuius caput ſeruatur in Eccleſia Cathedrali Sancti Laurentij Viterbij. Dom. Macrus.

23. b. Hæc S. Cyprianus in oratione pro Martyribus) Ex nothis, & adulterinis hauſta, quæ Pamelius habet 517. B. & 519. A. Nàm Cypriani nullo modo videntur grauitati, & conſtantiæ conuenire. Præſtabat itaque apocrypha certiſſimis teſtimonijs non admiſcere.

26. f. Itemque Caſſiodorus dictus eſt cognomento Senator) Caſſiodorus fuit Senator, poſtea monachus, & doctor Eccleſiæ, vt ex Sigiberto, Beda, & alijs. Quare videndum, quo auctore nitantur, qui cognomen ei fuiſſe aſſerunt, non ordinis Senatorij nomen. L

28. g. Nec placet, quod Ioſephus Scaliger) At is ſede Cadurca tempora ſua finiſſe aſſeritur ab Auſonio. Vinetus cum Scaligero ſentit 161. Non video quo iure confutetur Ioſeph Scaliger. L

29. a. Nec, vt habet Ado, proximis temporibus.) Vbinàm Ado in hac hiſtoria Gelaſij meminit? L

30. e. Quæ Metaphraſtes longè vberiùs eſt perſecutus) Fabulis ſimilia videntur multa a Metaphraſte ibi ſcripta. L

October.

8. d. Cedren. in comp. hiſt. & Zonaras) Neque Zonaras, neque Cedrenus vnguenti meminit. L

9. b. Ipſe in commentarij præfatione ad Dexterum) De Script. Eccleſ. qui locus longè aliam ſententiam habet, quàm hic Notator aſſerit.

14. b. In puteum demergi conſueuiſſe, qui ſæuiſſimè punirentur, ex Plautino penu notat Cœl. Rodigin.) Quærendus locus ex Plauti penu; nàm ego nondum reperi. In puteum ergo demergi conſueuiſſe videtur nulla auctoritate aſſeri; nàm quæ ad manus ſunt, ijs vti ſolemus; ità caſus tulit in multis, vt puteis mergerentur, quod nihil eſſet ad manus grauius ſupplicij genus. L

17. *a.* Ad hunc extat S. Ignatij epiſt. 13.) Hæc epiſtola in meis codicibus tàm græcis, quàm latinis excuſis non eſt. L.

18. *a.* Tamen Origenes, quem ſecuti ſunt plurimi, diuerſum eſse putant) Origenis verba in Comment. in epiſt. ad Rom. vlt. hæc ſunt. Sed & Lucium quidam perhibent eſſe Lucam, qui Euangelium ſcripſit; pro eo quod ſoleant nomina iterum ſecundum patriam declinationem, interdum etiam ſecundum græcam, romanamque proferri. Ex quibus verbis non video colligi clarè, quod conſtanter hic aſſeritur.

20. *a.* Imperat accepiſſe *Amiterni* reliquias) ab Amiternis.

24. *d.* Celeberrima eſt epiſtola, cuius meminit Lambertus) Extat homilia Procli in Concilio Epheſino nouo tom. 6. c. 7. epiſtolam autem non inueni; & apud Lambertum cap. 10. tomus appellatur, non epiſtola. L.

25. *a.* Quod apud Ethnicos Romanos iure pontificio Virginibus Veſtalibus irrogari conſueuit) Alij plures eodem mortis genere necati, qui nihil cum Veſtalibus commune habuerunt. L.

Nouember.

3. *d.* Vbi eorum capita Cathedralis Eccleſia magna veneratione conſeruat) Non ſolum capita; ſed corpora etiam ſub arâ ipſorum nomini dicata conſeruat. Et ſunt Ciuitatis Viterbienſ. Protectores. Dom. Macrus.

5. *a.* Quæ licet minus probari Hieronymo videantur) Contra Hieronymum ſentiendum ſemper cenſui; etiam ſi ſuffragatorem neminem haberem, ductus validiſſimo argumento verborum Chriſti, qui extrema initij, ac finis exempla coniunxit Abelis, & Zachariæ ſanguinis; ità vt poſterior recentiſſimus fuiſſe ſignificetur. L.

16. *c.* Ego quidem vnum, eundemque exiſtimo, ipſumque Epiſcopum Lugdunenſem) Cum iàm an. 1564. Eucherium Romæ excuſum habeamus cum præfatoria epiſtola R. Petri Galeſini, atque in eo codice primum in Gen. deindè in lib. Reg. Commentarij habentur, in quibus locis aliquot S. Gregorij Papæ, & Iſidori verba citantur, & geſta, appareatque hominem in Britannia ſcripſiſſe. Qua ratione fieri poterit vt Eucherius Lugdunenſis Epiſcopus, qui circa an. 415. floruit cum Petronio Epiſcopo Bononienſi, ſcripſitque ad Valerianum epiſtolam an. 433. vt ipſe fatetur; ſit idem cum priore, qui poſt ducentos annos ſcripſiſſe colligitur. Quarè aut plures Eucherij nomine Lugdunenſes Epiſcopos fateri neceſſe eſt, aut poſteriorem, qui in Geneſ. ſcripſit, alio nomine decorandum. L.

18. *b.* Eſt de eodem homilia Eucherij inſcripta) 51.

19. *c.* Maximum Commentarienſem, qui baptizatus à S. Stephano Papa) At Maximus Commentarienſis ſi à Stephano baptizatus eſt, qua ratione Decij, & non potiùs Valeriani, & Gallieni perſecutione occidi potuit? eum alioquin presbyter, non commentarienſis, deſcribatur. L.

20. *l.* Extat apud Sur. tom. 5. die 20. Nouemb.) Nihil in meo codice inueni adhuc. L.

21. *a.* Præſentatio) Interpres Heruetus non præſentationem; ſed ingreſſum in templum, vertit. L.

23. *f.* Ex quo Conſtantinopoli à Synodo Oecumenica recedens) Quid ſi non de Oecumenica Synodo, quæ tredecim annis præceſſerat; ſed de poſtrema Metaphraſtes ſcripſit? Quare conſulendus græcus codex, nè interpretis lapſus ſequamur. L.

24. *a.* Extant eius litteræ ad Anaſtaſium apud Nicephorum) Apud Nicephorum, quidem extant; ſed poſt hiſtoriam in calce addita ex Suida in verbo χειρίγνος. L.

December.

8. *a.* Sanctum Anſelmum, qui & de Conceptione Virginis commentarium ſcripſiſſe fertur) De Conceptione actiua Virginis agit. L.

9. *f.* Vide, quæ notauimus ſupra in *inuentio*) Iuuentio.

11. *d.* Puto autem tarinchas illas eſſe, quas Ioſephus lib. de Machab. ex verſione Eraſmiana appellat ſuccenſoria) Τὰ ζώματα τὰ πυρὸς nihil minus videntur; imò in margine σφηνὶς prępoſuit, quæ cunei verti poterant ex M. Tullio Tuſcul. 2. vbi de Promethæi tormentis agit; nàm cuneis adactis, ficut ligna, & lapides finduntur, ità quoque corporis membra diſtrahebantur, & ſoluebantur. L.

g. Vt apparet ex eius epiſtola 63. lib. 8. edit. Rom.) In meis codicibus reperitur epiſt. 40. lib. 8.

17. *f.* Licet erret, cum ait) Falsò arguitur Nicephorus, quia quæ hic narrantur diſertè deſcripſit, nec minimum diſſentire videtur. L.

21. *a.* Idem affirmare videtur Theodoretus) Aſſerit quidem Theodoretus lib. 9. de curan. Græcor. affect. multas nationes Chriſti legem amplexas per galilæos piſcatores, nulla Thomæ mentione vſquam facta. L.

22. *b.* Cuius hic habetur mentio in Tuſcia fuiſſe conſtat) S. Greg. dialog. 4. cap. 55. apud Centumcellas locus, qui dicitur Taurina, quo aquæ calidæ balnei vſum præbent. L.

c. Sic apud Dionem Hiſt. Rom. lib. 97.) Locus indicendus certus. L.

23. *d.* Sed Catholici hominis Melchioris Cani Epiſcopi Canar.) Legendus omninò Cani locus. L.

Cætera autem, quibus eundem Gregorium ſugillat) Quid ſi (cum maximè vera ſint, quæ in ijs libris B. Gregorius ſcripſit) ad locos tamen,

men, quibus Theologi ad ſtatuenda fidei dogmata, quæſtioneſque arduas diſſoluendas, ritè vti oportere definiunt, admittendos eſſe non putent? L

Occurrimus etiam eiuſdem obiectioni) Si quis diligentius Cani verba expendat, reperiet eum tùm S. Gregorium religioſè excuſare, tùm nihil affirmare, quod probabile non ſit. Conſtat enim & Sozomenum, & Socratem iis temporibus hiſtoriam texuiſſe, quum nondùm publicè quicquam impium de Theodoro Mopſueteno auditum erat, primuſque Theodoretus, qui poſt vtrumque ſcripſit, hominem laudauit nondùm ad Neſtorij impietatem palàm prolapſum, quod illud vnum veriſſimo argumento confirmat, quod neque in Epheſina Synodo, neque poſt eam in Chalcedonenſi quicquam contra Theodorum Mopſuetenum ſtatutum legitur; ſed tantùm in quinta Synodo damnatum ex Theodoreto, Euagrio, Nicephoro, & alijs. L

27. d. Niceratæ) Nicateta dicitur a Sozomeno, & Nicephoro. L

De qua ipſe ſcribit epiſt.4. ad Olympiadem) Tacito tamen nomine. L

Eiuſdem Baronij De Martyrologio Rom. Præcapitulatio.

Cap.2. Et Sancta *Angelica* viuendi ratione, indiguè compoſitam) Euangelica. F

Cap.4. Theodoretus de Euang. verit. cognit.) Siuè de curandis Græcorum affectibus lib. 8. qui de Martyribus inſcribitur. L

Cap.5. Quem antè annos octingentos claruiſſe conſtat) Moritur an.849. & Baronius ſcripſit an.1586. ergo antè annos 737.

Obſeruationes, & Coniecturæ in Cyprianum cum Adnotationibus Pamelij.

Editio Antuerpia 1568.

Admonendus eſt Lector, nè iudicium ſuſpendat, quod bis Latinius S. Cypriani opus correxerat; nempè, prima vice, & fuit typis excuſſa à Manutio, quàm hic contra Pamelium defendit; ac ſecunda emendatio hæc præſens eſt; nondum adhuc impreſſa, & vbi ſignum arithmeticum. 1. inuenitur, indicat, quod ex tribus Codicibus vetuſtis, quibus Marcellus Papa II. collationauerat, vnus, ſcilicet, variet; vbi verò ſignum. 2. notatur, duorum Codicum variationem ſignificat, quod Ego Carolus Macrus in prima Latinij Correctione in Bibliotheca Brancatia extante manu eiuſdem Correctoris notatum legi.

Ep. 1. Ita animis robotamur? *Aut* non ea) An. F

Ep. 2. Cum * de Domino Deo vox eſt) verò. L

Ergo cum in tenebris, atque in nocte cæcâ iacerem) Ego. L

Ep.3.) Et hæc vna trium epiſtolarum eſt, quæ in duobus Vaticanis Codicibus, & in Bononienſi Monaſterio Sancti Saluatoris à me ſunt repertæ; non placuit tamen iis, qui præerant, vt inemendatæ ederentur; quemadmodum non probarunt Firmiliani Epiſtolam, quam nemo antè ediderat è tenebris eſſe proferendam. L

Papam*Cyprianum à Clementio Subdiacono) Papatem Cyprianum à Crementio diacono. L

Propterea *quod* cum ſit perſona inſignis) <. L

Colluctandi cauſa *cum aduerſario* ſimul eum ſeruis ſuis) <, aduerſarium. 2.

Victus verò *portauerit* in ſe ſententiam) reportauerit, 2.

Et vice *paſtoris* cuſtodire gregem) paſtorum. 2.

Et claudum non *colligauimus*, & lac eorum edebamus) collegimus. 1.

Quæ erant ſcripta in lege, & Prophetis *docet dicens*) dixit. 1.

Cuius non ſunt propriè oues, cum viderit lupum venientem, relinquens effugit) Cuius non ſunt oues propriæ, cum viderit lupum venientem, relinquit, & fugit. 2.

Sed & Simoni *ſic* dicit: Diligis me?) < 1.

Hoc factum, ex actu ipſo quo *ceſſit* cognoſcimus) eſt. 1. geſtum, vel geſſit. 1

Fratres dilectiſſimi vos mercenarios inuenire, ſed bonos paſtores) Fratres dilectiſſimi Mercenarij inueniri; ſed boni paſtores. 2

Fratres *noſtros* ſtare in fide immobiles, nè præceps *ieus* ad idololatriam) veſtros. 1. euntes. 1. euntium. F

Nec enim hoc ſolum verbis vos hortamur) Nec enim ſolum hæc verbis hortamur vos. 2.

Antè oculos *plus* habentes timorem Dei, & pœnas perpetuas * quam) <. 2. magis. 1

Et paratos eſſe *debere* ire cum Domino) <. 1

Sed & aſcendentes ad hoc, quod compellebantur, reuocauimus. Eccleſia iſta fort's in fide) Sed & attendentes ad hoc, quod compellebatur reuocauimus Eccleſia iſta in fidem, ſeù: Sed & attendentes ad hoc, quod compellebantur, reuocauimus ad Eccleſiam iſtam fortiter in fide. L

Siuè adprehenſi timore hominum *reuertuntur*) ruerunt. 1

Sed ipſos cohortati ſumus, & * hortamur) reuerenter. 1

Si quomodo indulgentiam *potuerunt* recipere ab eo) poterunt. 1

Et alia, quæ incumbunt vobis, * etiam ipſa ſubdidimus) quæ. 1

Vtique ſubueniri *eis* debet; ſiuè viduæ, ſiuè *Clydomeni*) <. 1. Clinomeni. F

Siuè excluſi à ſedibus ſuis) Siuè expulſi de ſedibus ſuis. 1

Sed & Catechumeni adprehenſi * infirmitate) in. 1

Cuiuſcunque ergo veſtrum quacunque occaſione) Cuius. 2

Effe-

Effectum ſuerit hoc opus) factum. 1

Vt, qui in minimo fidelis *fuit*, conſtituatur) ſuerit. 1

Sed & nos petimus mutua vice *memores ſcitis*) vt memores ſitis. 2

Et petimus *nos* qui habetis zelum Dei) vos. 2

Optamus vos ▾ cariſſimi benè valere) ſratres. 1

Adnot. 1. in epiſt. 3. num. 1. Vndè fit, vt mendas, quibus ſcatet, repurgare non licuit) Quod Pamelio non licuit, ſelicitèr aſſecutus eſt Latinius, vt patet. Sunt foitaſsè verba Fratris mei Dominici. C. Macrus.

Ep. 10. Et oſſertur *nomen* corum, & nondum pœnitentia acta) nomine. Veronenſis Codex, de quo in Vita Latinij mentionem fecimus hìc infra epiſt. 34. Et ſpatſim inferiùs expenditur. Carolus M.

Miratus ſum vehementer ità parum vidiſſe Pamelium, vt vera, & legitima lectione temerè reiecta, amplexus eam ſit in Adnotationibus, quæ manifeſtò corrupta eſt, & ſuſtineri non poteſt: quis vnquam legit offerri nomen alicuius in ſacrificio conſueuiſſe? Nàm præter panem, & vinum nihil offerebatur, atque ea in corpus & ſanguinem confecta conſecratione, mutata offerebantur; nomina verò recitabantur. Aliud igitur eſt offerre, aliud recitare. L

Ep. 21.) Erat apud me huius quoque epiſtolæ in codicibus duobus exemplum, ſed mirè corruptum. L

Et illius nomen penes magiſtratus huiuſmodi) Vel ipſius nomen penes magiſtratus huius mundi. 2

Et nunc modò duplex mihi triſtitia incubuit, quod *cum* Montanum) Vel. 2. < 2

Ad me eſſe ventutum ſcribas ▾ de ſalute tua) &.

Et hoc ſolet contingere ſeruis Dei) Sed. 2

Nàm, vt tibi quoque de infimo. tuus, vel frater dicas, ſi fuero dignus Celerinus audire) Nàm, vt tu quoque, de infimo tuo, vel fratre dicam, ſi fuero dignus Celerinus audiretur. V. C. Nam vt tum. F

. . . . de infimo, vel fratre dicam . . . . audires. Cod. S. Saluatoris.

Fratres meos vetuſtiſſimos *memorabam*, & eos litteris meis) memorabar. 2

Vt ſi non antè cruore illo ſancto laueris pro nomine Domini). Vt me cruore illo ſancto laueris, ſi priùs paſſus fueris pro nomine Domini &c. cum enim duo petat, vel vt lauet, ſi paſſus iàm eſt, vel vt reſcribat; ſi adhuc ſuperſtes eſt, nulla negatione indiget oratio. L

Sic coronet te, cuius nomen confeſſus es) Si. 2

In futuro ramen nos *coronati* à Chriſto complectemur) coram, vel cum. 1

In magna tribulatione ▾ conſtitutum ſcias) me tamen. 2

Quæ cecidit in hac vaſtatione *Chriſto*) à Chriſto. 2

Pro cuius ſactis ego in lætitia Paſchæ flens). Pro cuius factis ego in hac lætia Paſchæ flens.

In cilicio, & cinere *lacbrymabundus* dies exegi) lachrymabundos. 2

(A quibus poſtulaturus es) vt veniam habeant neſanda naufragia, memor ſum enim) (A quibus poſtulandum eſt) ſubuenerit tàm nefando naufragio. Memoratus ſum enim. 2

Quod cum omnibus doltas *ſorores noſtras*) pro ſororibus noſtris. 2

Pro quarum *peccatis*, *quæ* nos fratres habent *debemus*) peccato, quia. 2. debeamus. 2

Credo enim Chriſtum ſecundum *illorum* pœnitentiam) earum. 2

Iàm *pro* eis vobis martyribus ſuis petentibus indulturum) < 2

Audiui enim te floridiorum miniſterium percepiſſe). Audiui enim te floridè harum numinum dierum miniſterium percepiſſe. 2.

O te felicem *ſuſcipe* vota tua) ſuſcipere. 2

Recognouit idem miniſter) Recognoui enim miniſter. 1

Vt cæteris collegis tuis fratribus tuis meis) Vt cæteris collegis fratribus tuis, & meis. 2

Nàm ▾ ipſam Etecuſam ſemper appellaui) &

Quia pro *ſe dona* numerauit, nè ſacrificaret) ſedunta. 2

Sed tantùm aſcendiſſe videtur vſque ad *Trianfacta*) Tria ſata. 2

Hanc ergo non ſacrificaſſe ego ſcio) Has. 2

ſed quatenus per veſtras Sanctas ᵛ orationes, & petitiones) operationes. 1

In quas *nos* fidimus; quoniam eſtis amici) nobis. 2

Sed & teſtes Chriſti *quod* omnia indulgeatis) qui. 2

Memor ſis mei, & petitioni meæ *animas*) annuas. 2

Sed in *Sanctimonia* tradidit, in qua ſemper cucurriſti) Sanctimonio. 2

Sed *ſtatim*, & Seuerianum, & omnes Confeſſores) Statium. 2.

Ad quos *ipſe* in portum deſcenderunt) ipſæ. 1

Quod ſexaginta quinque miniſtrauerunt, & vſque in hodiernum) Quos. 1

Plus *autem* grauare cor illud ſanctum tuum); enim. 1

Qui latantur confeſſione tua florida) Quæ lætantur. 1.

Quj & *ipſe* luctatus eſt cum diabulo, qui & Chriſti nomen eſt *fertiter*) < < 2

Quj & *hic* nimis rogat, & petit) hoc. 1

Salutant te fratres tui Calchurnius, & Marka, & omnes ſancti fratres ▾) Calphurnius. 2. nos. 2

Quas peto illis *eas* legere digneris) ſic. 1

Ep. 22.) Et hæc erat apud nos, ſed ità corrupta, vt vix intelligi ſententia eius poſſet, vt hic quoque. L

Vt *perpetua grauatione* tanto gaudio penè exciderim) propter tuam grauationem. 2

Vt litteras ▾, quas ego optabam) tuas. 1

In quibus mei *dignatus memorare*) dignatus es memorari.

Qui ſcribens mihi *dicis*) diceres. 1

Nàm

Nam tu, Deo volente, ipſum angrem maiorem *metatorem*) & atrociorem. 1

In qua tenoris viuacitate verſari te gaudeo, vici-ſti. Nunc cariſſime iàm inter Martyres depu-tande voluiſti nos litteris tuis) In qua te noui viuacitate verſatum in gaudio vixiſti. Verùm cariſſime iàm inter Martyres deputandos vo-luiſti litteris tuis. 1

Memoriam faceremus, *non* profectò tantis lacry-mis incumberemus) ad quam. 1

Abs te pacem petierit, *des* in nomine meo) da. 2

Vniuerſi *litteras* ex compacto vniuerſis pacem di-miſimus) litteris. 2

Videas ergo frater, quod tàm placuit mihi, quod Paulus præcepit, quàm vniuerſis, quod cenſui-mus: eramus in hac tribulatione, cum iuſſimus ſecundum præceptum Imperatoris fame, & ſiti necari) Vides ergo frater, quoniam partem eius mihi Paulus præcepit: pro vniuerſis quoque cenſuimus iàm tùm antè hanc tribulationem, cum iuſſi ſumus ſecundum præceptum Impera-toris fame, & ſiti necari. 1.

Ità, vt nos afficerent fame, & ſiti, ſed & ignis ab opere preſſuræ noſtræ.) Ità, vt non afficiebant fa-me, & ſiti ſed & igne ab opere preſſuræ noſtræ. 1. Sed & ignis vapore, & preſſura noſtra. F

Candidam, *quæ* ſecundum Pauli præceptum, & cæterorum Martyrum, quorum nomina ſubij-cio, Baſſi *peierario*) quas 2. imperario. 1.

Fortuna, Victorini, Victoris, Herenci, Credulæ, Herenæ, Donati, Firmi, Venti, Fructi, Iuliæ, Martialis, & Ariſtonis, qui Deo) Fortunata, Victorinus, Victor, Herennius, Credula, Here-da, Donatus, Firmus, Venuſtus, Fructus, Iulia, Marcialis, & Ariſton, qui Domino. 1.

Iàm enim iteratò ſecluſi ſumus, (ſunt dies octo) ex quo. 2.

Non tantùm *hæ*; ſed & quas ſcis ad *animum no-ſtrum* pertinere) ex. 2. animam noſtram. 1.

Quorum nomina ſignificaſti: inter quos & Satur-ninus cum comitibus ſuis; ſed & collega meus, & Macharius, Cornelia, Emerita, Calphurnius, & Maria, Sabina, Speſina, & ſorores, Ianuaria, Datiua, Donata. Quorum nomina ſignificaſtis vos & Saturninum cum omnibus ſuis; ſed & col-legam eius & Macharij collegæ merita, Cal-phurnium, & Mariam, Sabinam, Speſinam, & ſorores à Ianuaria, Datiua, Donata. 1.

Quintianum, *Colonicam*, & vniuerſos, quorum no-mina) Colonicum. 2. propter. 2. Presbyteros. F

Epiſt. 28. Interim ſe à diuiſione tantùm me con-tineant) Interim ſe à diuiſione menſurna conti-neant. L. Interim à dicione menſurantium con-tineant. V. C. & alij.

Adnot. Pagum quempiam fuiſſe in Carthagi-nenſi diœceſi) Intra vrbem veriùs videtur, cum eos continere ſe præcipit à menſurnantium adi-cione, ideſt, vt ego puto, à conſuetudine cæte-rorum Presbyterorum, qui Eccleſiæ ſeruiebant; ità vt inter alios in choro, & Eccleſia non ap-pareant. L

Hæc verba non malè diuinauit Manutius) Non diuinauit Manutius, qui nihil aliud quàm excu-dendi operis præfuit, ſed dormitauit quiſquis is fuit, qui Scripturæ Sacræ locos in margine no-tandos curauit. Locus autem Eſaiæ eſt cap. 30. n. 15. apud LXX. his verbis Ὅτ' ἂν ἀποστραφεὶς στενάξῃς, τότε σωθήσῃ, ϗ γνώσῃ ποῦ ἦσθα. L

Verum illa *gemina* eſt lectio) genuina. L

Ep. 31. *Quo* non minùs, quàm ſi ad nefarias a-ras acceſſiſſent) Quum, vel Quando. F

Adnot. n. 2. Ex quo loco intelligi hic locus pote-rit paulo intricatior) Locus iſte clarior multo eſt in explicatione libelli, & libellaticorum cæte-ris omnibus, nec verum videtur, quod infra Pa-melius in Annot. Epiſt. 52. ſcripſit, vt ibi notauis locum hunc neque intricatum, neque corrup-tum quiuis facilè intelliget, ſi attentè omnia con-ſiderabit; dilucidior tamen erit lectio, ſi vbi legi-tur *quo non minus*, legamus quãdo non minus. L

Quemadmodum, & in tomis Conciliorum con-firmatam) Sed contra fidem Codicum omnium tàm ſcriptorum, quàm excuſorum. L

Adnot. in Ep. 33. Prima Sabbati vocatur, ideſt, (vt interpretantur veteres) prima poſt Sabba-tum) Prima Sabbati eſt prima hebdomadæ, quo die & mundus creatus, & Chriſtus reſurexit. Sabbatũ enim etiam hebdomadam ſignificat. L

Ep. 34. Qui cum conſentire dubitaret Eccleſiæ, ipſius admonitu, & hortatu in viſione per no-ctem compulſus eſt, nè negaret. Nobis ſuaden-tibus; cui plus licuit & coëgit.) Qui vt con-ſentiret (Eccleſiæ ipſius admonitu, & hortatu in viſione per noctem compulſus eſt nè negaret) nobis ſuadentibus: cui plus licuit, & coëgit. Veronenſis vetuſtiſſimus Codex maiuſculis litte-ris exaratus, locum hunc ita legit, quæ lectio, quanquam eſt implicata; ſententiam tamen ap-tiorem, & loco magis conſentaneam afferre videtur. L

Adnot. Libro tamen de mortalitate in alia ſignifi-catione hac voce vti videatur) Erras: ibi enim cum maximè in hac ſignificatione accipitur. L

Nuſquam, præter quàm apud Manut. & More-lium, Egnatius legatur) Miror non cognouiſ-ſe hoc Ignatij nomen apud ipſos Græcos rarum eſſe; apud Latinos autem nuſquam legi; Cypria-nus vero cum Africanis ſuis inter Latinos (Ro-manorum, ſcilicet, Colonias) numerari debuit. Egnatium leges apud Catullum, & Plinium in-ter romana nomina. Quare, qui meliorum Co-dicum fidem ſecuti ſunt, rectè fecerunt. L

Adnot. in Ep. 38. Peculiaris penè eſt Cypriano phraſis, quæ abſtentum pro excommunicato) Non omninò idem eſſe, aut valere, abſtinere aliquem à communione, & ſimpliciter excom-municare; id vnum ſatis indicat, quod diuerſis verbis dicitur, quæ non idem ſignificant. Ad-mittuntur aliqui in Eccleſiam, qui nec commu-nicare, nec ſimul orare permittuntur; quidam ad tempus abſtinere iuſſi ſunt; quidam & ab Eccleſia, ideſt, ſacris ædibus arcentur, quorum

neque

neque conſuetudo, neque ſermo cuiquam interdicitur. Quidam verò ità anathemate ab Eccleſiæ corpore ſeparantur, vt nec Aue eis dicere liceat. L

Adnot. in Ep. 41. Stationem autem, vti ex Tertul. colligere eſt lib. de cor. mil. non quemlibet conuentum eccleſiaſticum; ſed eum, qui dominico die fiebat) Quamquàm, graui etiam auctore labi, turpe ſemper fuit; tamen turpiſſimum cenſendum eſt, in eo cum alijs errare velle, quod ipſum per ſe manifeſtum omnibus eſt, falſum omninò eſſe. Tertullianus quartam, & ſextam feriam ſtationibus dicatas affirmat lib. aduerſ. Pſychicos, & negat die dominico fieri licere de cor. mil. & de orat. in fine, & in eod. lib. aduerſ. Pſych. Quarè miror hominem eruditum alioqui, & diligentem, errorem potiùs alterius ſecutum; quàm rem examinare voluiſſe. Cum præſertim antiquitatis ſtudioſus, tum ex Aug. in Epiſt. Ioan. tract. 2. tom. 9. aliquid ſubodorare poſſet, tum clarè diſcere ex Herma. lib. 3. c. 5. ſtationem ieiunium eſſe; quod Tertullianus ſatis indicaret. Vide Sur. in vita Fructuoſi tom. 1. Iſid. lib. 6. c. 19. inter ieiunium, & ſtationem quid interſit ſecundum aliquos docet. L

Ep. 42. Salubri ratione *libratas* in hoc fluctu æſtuantium fratrum mentes) libratæ.

Ep. 43. Conſtat autem ex nuncio *vnam* miſſam hanc epiſtolam) vnà.

Ep. 49. Curioſus ſemper, vt prodat: ad hoc *adulatur*, vt fallat) adulator. Aliàs.

Ep. 52. Sed ab ea, quæ per delicta poſtmodum *ſerpit*) Aug. Ser. de Temp. 181. in vigilia Pentecoſtes de Symb. expoſit. c. 14. Surrepſit habet, fortè ſerpſit ſcribendum. L

Adnot. n. 4. Ideſt, qui libellos offerebant, vt ſupplicia euaderent) Non legimus oblatos libellos, ſed acceptos à Chriſtianis; oblatos autem à Magiſtratibus, aut miniſtris infidelium, quibus libellis à perſecutione fideles ſe tueri ſolebant. Rectiùs multò intellexit Michael Baius in epiſtola ad Abbatem Parcenſem, quæ Romæ edita eſt iterum 1578. L

Ep. 54. Quando permiſerit ipſe, qui *legem dedit*) & legem dederit. Cod. Veron. & Beneu.

Ep. 55. Cum Deus tradi permittat, quos diſponit coronari) Cum Deus tradi permiſerit, & coronari. C. Veron.

Adnot. n. 5. Dilectionem iuxta quod græcè ἀγάπην), ἀγάπην Oecumenius eo loco ità expoſuit; ſed antè cum Chryſoſt. & Theodor. ἀγάπην Chriſtum interpretati ſunt in loci eius explanatione. Symmach. ep. 78. lib. 1. videtur eodem ſenſu vſus verbo Dilectus, cum ſcripſit: Frequentèr expertus Dilectum religioſi animi incentiuo viciſſitudinis promoueri. L

Ep. 57. Doctor ſuperbiæ, veritatis corruptor, *proditor caritatis*) perditor caſtitatis. Veron. Cod. Quæ à Tertulliano mutuatur libenter probanda videntur; ità enim Tertullianus lib. de Caſt. luxuriam caſtitatis perditricem dixit. Quamquàm locum Tertulliani aliter omninò legendum ſtatui in Coniecturis meis in eum Scriptorem L

Ep. 64. Et *qui* accedunt miniſtrare ad Altare Sancti) cum. C. Vat. & Veron. locus eſt ex calce cap. 28. Exod. vbi LXX. habent ὅταν. Hac etiam ſententia bis præterea vſus eſt Cypr. ep. 68. & 72. Amb. lib. 1. c. 18. de Offic. in fine, retulit eandem ſententiam his verbis: Cum accedent ſacrificare ad Aram Sancti, & non inducent ſuper ſe peccatum, nè moriantur.

Ep. 67. n. 2. Ille autem, qui contumax eſt vir ſui iactans, nihil omninò *perficiet*) proficiet. L

Ep. 68. n. 4. Quoniam, qui talia, inquit, agunt, morte ſunt digni) < Codd. Veron. & Vat. vt ea lectio probari omninò, & omnibus tàm græcis, quàm latinis meritò præferri debere videatur. L

Adnot. n. 4. Aliter rurſus legit Origenes) Cum Origenis lectione conuenit Cyprianus; niſi fallit interpres, lib. 1. tom. 2.

Apud Latinos autem priori modo legunt Saluianus) Ex Saluiano nihil poteſt conſtitui.

Ambroſius, & qui Sedulio, ſiuè Hieron. aſcribitur Comment.) Ambroſius habet repetitionem; ſed non habet diſtinctionem (inquit) Sedulius, aut Hieron. cum Origene, & Cypriano conſentiunt. L

Diuus etiam Auguſtinus in Pſal. 57.) Auguſtinus etiam cum Origene, & Cypriano repetionem non agnouit. L

Adnot. in Ep. 69 n. 2. Manceps eſt (inquit Feſtus) quiſquis à populo emit aliquid, *conducitur*) conducitur.

Ep. 70. n. 2. Porrò autem Euchariſtia, *&* vndè baptizati vnguntur oleum in Altari *ſanctificatur*) eſt. O. ſanctificatum.

Adnot. n. 1. Neque enim reperitur aut in græca, ſ. edita hac in epiſtola in Nomocanone Photij) In explicatione Nomocanonis per Theodorum Balſamonem antè initium Concilij Carthag. L

Neque verò, quo loco ſcriptura hæc reperiatur, ſcire potuimus) locus eſt Prou. 9. in fine.

Num. 2. Non placet, eo quod paulò poſt diſtinctè loquatur) Cum Balſamonem latinè verſum legerit; miror quomodo potuerit ſibi perſuadere lectionem Eraſmi contra omnium Codicum tàm ſcriptorum, quàm excuſſorum fidem meliorem eſſe; cum hìc oleum ſanctificatum, & Euchariſtia idem ſit. Et idem videtur aſſeri in ſententia Concilij in ipſa Synodo notata. L

Et Diuus Aug. dicto cap. hoc argumentum ſoluēs, etiam vtriuſque meminit) Non video Aug. in eo cap. vtriuſque meminiſſe. L

Ep. 75. In Argum. Ità, vt putem, conſultò illam omiſiſſe Manutium) Ego Latinus omiſi, non Manutius, cum Maiorum exempla ſecutus, tùm hominis petulantiam deteſtatus. L

Adnot. in Epiſt. 79. Tùm etiam, quod expreſſam de confeſſione Cypriani mentionem faciat) At hæc alia eſt confeſſio longè antè mortem prægreſſa, cum in exilium, ademptis bonis, miſſus eſt. Si quis diligentiùs obſeruabit inueniet Cy-

pɪianum antè Fabiani mortem confeſſione fidei ſuæ illuſtrem, bonis ademptis multatum, vt initio Epiſt. Cleri Romani ad ipſum manifeſtò colligi poteſt. n.31. & ex Pontio in vita, & Pamelio ipſo. L

Ep. 81. *Sergio Rogatiano*) Vaticani Codices octo habent Seagrio, & Rogatiano.

Ep. 82. Octauo Auguſtarum die, & cum eodem *Quartum*) Quarto habent exempla omnia quæ vidi. L

Adnot. in Epiſt. 83. Suſpicor autem metaphoram quadam appellaſſe auctorem frumentarios lictores.) Non poteſt videri ſuſpicandi locus relictus, ſi quis conſideret hic frumentarios publicæ annonæ miniſtros, nauibus frumento conuchendo paratis, atque onuſtis, iuſſos à Proconſule fuiſſe, vt Cyprianum quoque vinctum perducerent. Latiùs autem patere nominis eius notionem ex Spart. in Adriano bis, & in Comnient. ſemel diſces.

Nàm Manntius, & Morel. habebant *Addito*) Manutius Abdito habuit, ſed eius operæ in multis fefellerunt.

Etiam hanc coniecturam meam confirmauit Dun. Cod.) Iniquum iudicium vnicò teſte damnare lectionem, quam multi Codd. retinent. L

De Diſciplina & Habitu Virg.

Adnot. n. 3. Nonum eſt hoc) Non videri poteſt nouum, qui veterum Codd. fidem excuſſerit. Veronenſis enim Codex vbique eandem lectionem retinet. Præterea Tertull. ferè ſemper lib. de Idol. vbi notaui, Aug. quoque epiſt. 64. ad Aurelium Epiſcopum tom. 2. Arnob. in expoſit. Pſal. 52. Lat.

Vocem, Domini, loco ſubmouimus) Et Vatican. & Veron. non habent.

Num. 6. Adiecit quidem hæc recens Manutius) Sunt tamen in Veronenſi antiquiſſimo Codice. L

De Lapſis.

Adnot. n. 1. Cum Grauio adiecimus ex m.s. & vet. exc. vocem Continentiæ) At ea vox nec loco huic conuenit, & penè omnia exemplaria eã non agnoſcunt. Præterea Auctor Ser. 37. de Sanct. inter Aug. Serm. non habet.

Num. 5. Et vet. exc. cum Grauio, & Manutio, centies,) Aliorum culpa factum eſt; cum interim & ſcriptorum Codd. fides perpetua in ea lectione ſit & Amb. & Aug. item citent ſepties tantùm. L

Num. 6. Vngulam verò ferramentum fuiſſe mucronatum) Conſt. Imp. Cod. Theod. lib. 9. tit. 12. cap. 1. de emendat. Seru. Perſecare latera ferarum veſtigijs, dixit eleganter, & propriè. Ea enim erant vngula, ideſt, inſtrumentum ad lanianda, & torquenda corpora in quæſtionibus leonum pedes, aut aliarum ferarum duriſſimis vnguibus armatos referens. L

Num. 7. Locum verò hunc non reperio apud LXX.) Leuit. c. 7. n. 19. & 20. Editio Vulgata habet: Qui fuerit mundus veſcetur ex ea. Anima polluta, &c.

Num. 8. Repoſuimus dignum fieri pro eo, quod erat bonum fieri) At eam lectionem Veron. Beneuent. & Vaticani Codd. retinent. L

Facienda ſint obtemperatis. Manut. Si non &c.) Manutij culpa in operas transferenda eſt; nàm poſt verbum, *Facienda*, interpungenda lectio. Indè legendum cum Veron. antiquiſſimo, & duobus Vaticanis melioribus Codicibus: Sit obtemperatis, vel obtemperantis. Neque hæc lectio erat Cod. Manut. ſi operæ non fefelliſſent.

Et conſentiunt M.S. Cod.) Mirum eſt apud te conſentire manuſcriptos Codices, cum neque ſcripti, neque excuſi apud nos, præter vnum omniũ recentiſſimè ſcriptum, ea verba agnoſcant. L

Num. 11. Nec eſt quod ſibi adblandiantur illi de facto Nectarij) Remouit Presbyterum pœnitentiarium, ità vt quiſque pro ſua conſcientia ad ſacra myſteria accederet, nulla Sacerdoti peccatorum confeſſione antè facta. Quare hoc in Nectarij facto defendendum, aut condemnandum, quod adhuc neminem feciſſe in re tanti momenti vſque adeò miror, vt Socratis, & Sozomeni hiſtoriam commentitiam omninò, ac fraudulenter in Nouatianorum gratiam confictam arbitrer. Lat. Vide eruditiſſimam Narrationem eiuſdem Latinij de Presbytero Pœnitentiario excuſam opera, ac ſtudio Dominici Macri inter Epiſtolas eiuſdem Latinij tom. 1.

De Vnitate Eccleſiæ.

Adnot. n. 3. Quo vſus eſt Reuerendiſſ. Cardinalis Hoſius hæc verba. *His Petro primatus datur*) Si quem locum habere licet coniecturis in libris reſtituendis, hic certè penè ſuo iure poſtulabunt admitti. Quæcunque enim hic ſunt addita (præter eam lectionem, quam plures & vetuſtiores Codd. retinent, & à Gratiano in c. loquitur Dominus. 24. q. 1. relatam legimus) omnia ſunt ex marginalibus ſummulis in contextum non ſemel; ſed diuerſis temporibus ex librariorum negligentia tandem relata. Apparet autem ex eo veritas, quod quæ ſunt vetuſtiſſima exemplaria, ea pauciſſimas, vel nullas eiuſmodi ſummulas inſertas habent, quod facilè videtur ex Veronen. Cod. quem ego non modo antè nongentos annos; ſed antè mille ſcriptum eſſe contenderim. In eo nihil tale apparet, & in ſeptem alijs Vaticanis deſunt omnia. Summulas autem marginales fuiſſe, & ex Cypriani verbis collectas tàm eſt cuiuis facilè intelligere, vt tardiſſimum, ac penè ſtipitem putem, qui ſtatim non ſentiat vel ex ea tantùm ſummula, quam Hoſium Cardinalem ampliſſimum ex manuſcripto Codice interſeruiſſe confirmet, videlicet. Hic Petro Primatus datur. Quod enim ex Cypriani verbis diligens, & ſtudioſus lector collegerat,

ad locum ſtatim, faciliuſque inueniendum, id in margine paucis verbis adnotarat, vt fortaſsè etiam indicem eorum tanquam capitum, & locorum communium texeret. Quare, vt Codicũ fidem ſequeremur vetuſtiorum, & plurium, indicari oportuerat tantùm quæ in recentioribus reperta erant; ſed non ſtatim in Cypriani contextum referri. Lat.

Quibus vſus eſt Manutius, inter quos vnum fuiſſe annorum 900.) Nec Manutius, nec Marianus Victorius hoc poſſunt aſſerere: Codicem vetuſtiſſimum Veronenſem (de eo enim neceſſe eſt tantum id ſcribatur) hoc aſſumentum habuiſſe, nec ſeptem præterea Vat. Codd. integros, præter fragmentum quoddam operum Cypriani recentiſſimè ſcriptum Bononiæ, qui fuit Vianeſij de Albergatis libellus forma parua, continens tractatus tantùm paucos Cypriani. Vidi quoque alterum exemplar Bononiæ integrum, vndè id fragmentum deſcriptum erat recenti ſcriptura exaratum, in quo eadem inſertio marginalium ſummularum erat. Lat.

Num. 4. Omnes cum Gratiano, nec placet Manutij lectio) 24. q. 1. loquitur, & hoc ex ijs eſt, quæ neque ego, neque Manutius mutauit: ſed cui, quidquid libuit peruertere, addere, demere, corrumpere, me inuito, permiſſum fuit. L

Num. 10. Non placet, quod loco huius habet Manutius) Quid autem? propterea quod tibi non placet negligenda erat lectio Cod. Veronenſis antiquiſſimi? L

De Oratione Dominica.

Num. 2. In ſenſu autem tibi debet adorari Deus) In ſenſu autem tibi debet eſſe adoratio Domine Cod. Veron.

Num. 3. Et nondùm illos Chriſtus *in carne viſus* docuerat illos orare) < O.

Et æternam domum, niſi eos apud quos eſt vnanimis oratio) < O

Num. 4. Vt Filij Dei fierent *his*, qui credunt in nomine eius) < O

Num. 8. Ne dùm quis abſtentus ſeparatur à Chriſti corpore, *procul* remaneat) < O

Habentes itaque exhibitionem, & tegumentum, his contenti ſumus) Hinc fortè ſumpſerunt Paſchalis ſecundus de Cenſib. exact. cap. 6. & Innocentius III. cap 6. de ſtatu Monach. & extrauag. commun. vnica de Cenſib. exact. L

Adnot. n. 2. Recens adiecimus ex Cambron. Cod.) At id contra tot codicum fidem non videtur faciendum. L

Num. 3. Sed infra quoque Manut & Camb. Cod.) At vetuſtiſſimi Codd. nuſquam habent, vt Veroneſi. & alter. L

Et remitte nobis debita noſtra) Et hìc vetuſtiſſimus Cod. Veronenſis vbique retinet. Dimitte, Dimiſi, & Dimittimus. L

Nũ. 4. Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis) Et manuſcripti, & excuſi omnes hìc habent: Væ gens peccatrix. Infra vero lib. 1. c. 3. ad Quirinum manuſcripti ferè omnes vetuſtiores habent eodem modo, vt etiam Tertullianus, quem ſequitur vbique libenter Cyprianus. L

Num. 5. Quarè nimis liberè ità caſtigauit Apoſtoli locum Iſidorus Clarus) Iſidorus non vulgatam editionem, ſed hebraicam, & græcam ſecutum ſe profeſſus eſt. Titulus tamen mentiebatur, quem ſublatum fuiſſe audiui, ſed nondùm vidi. L

Num. 9. Immerſerunt hìc aliquot *Lucæ* in editione pariſienſi apud Arnulphum *Langelli ann.* 41.) loci. L. Langeher. an. 41. L

Addicio *cuidam*, ex qua de cæteris iudicare facilè eſt) cuiuſdam. L

Ad Demetrianum.

Num. 3. Verberaſti eos, nec doluerunt, flagellaſti eos, nec voluerunt) credere. L

De Idolorum Vanitate.

Num. 6. Carnem Spiritu Sancto cooperante induitur.) Nullum manuſcriptum exemplar vocem, Cooperante, habet ex ijs quæ vidi, & omnes ferè codices manuſcripti eandem retinent lectionẽ: Carnem Spiritus Sanctus induitur. Aliqui carne. Aliqui carnem Spiritus induitur: vide quæ notaui infra fol. 501. Adde Prudentium in Apotheoſi.

Ex quo mortalem præſtrinxit in Spiritus aluũ:
Spiritus ille Dei, Deus, & ſe corpore matris
Induit, atque hominem de virginitate creauit.

De Mortalitate.

Num. 4. *Delicta iactatio* eſt cum periculum non eſt) Delicata iactatio. L

Num. 7. Obnitimur, & reluctamur, & *peruicacium* more ſeruorum) peruicacium. L

Adnot. n. 7. Commeatum ſibi precaretur) Commeatus facultas eſt Imperatoris, qua licet militi à caſtris ad certum tempus abeſſe. Ita hìc pro facultate accipitur, vt à congreſſione, & prælio mortis abeſſe liceat ad aliquod tempus. Qua in ſignificatione eleganti metaphora ſæpiſſimè à Tertull. & Cypriano vſurpatur. L

De Exhortatione Martyrij.

Argument. Rurſum quod Hieron. ſub finem Apologiæ contra Iouinianum ità ſcribat: De impari) Ad Pammachium.

Cyprianus, Victorinus, Lactantius, Hilarius) Si Hieronymi teſtimonio nitimur, cur eius fidem in catalogo non ſequemur? qui enumerans nominatim ſingula Hilarij ſcripta, opuſculum hoc non recenſuit. Vbi apud Hieronymum enumerantur ſcriptores, qui de numero ſeptenario ſcripſerunt: fortè in margine adiectum erat ad

Fortunatum, vt Cypriani nomini reſponderet, poſtea in contextum relatum temerè, non ſuo loco poſitum eſt. L

Neque verò placet doctiſſimi cuiuſdam coniectura ex verbis ſequentibus) Marianum Victorium innuit, qui in ſcholijs eius loci vulgatam lectionem tuens, Hilarij vult omninò opus hoc eſſe ad Fortunatum quendam amicum, cuius ſcriptum extet de vita Abræ filiæ Hilarij. Cum Fortunatus Epiſcopus Pictauien. teſte Trithemio, Hilarij vitam ſcripſerit, poſt Hilarij obitum annis plus, minùs ducentis. L

Imò etiam Trithemius, ac iàm olim Antoninus) Et antè eos Gratianus 23.q.5. can. Si audieris.

Cap. 10. Quis fecit, & quis ſurdum) Codices Veronenſis, & Beneuentanus pro *Mutum*, habent *Mogilalum*, quo verbo etiam Marcus Euangeliſta vſus eſt. Cum ſint autem illi duo Codices vetuſtiſſimi, & eam lectionem retineant, argumento certo eſſe poſſunt, in recentioribus manuſcriptis multa eſſe mutata præſertim in Scripturæ Sacræ locis citatis, in quibus audax, & imperitus quiſque librarius putauit ſibi impunè licere omnia ad vulgatam editionem redigere. L

Teſtimoniorum lib. 1. contra Iudæos.

Cap. 21. Deligans ad vitem pullum ſuum, & ad *helicem* pullum aſinæ ſuæ) Codices Veronenſis, & Vaticanus Cilicium habebant, & etiam habuit Paulinus ad Ruffinum, & Ruffinus de Benedict. Patriarch. c. 1. & Auguſt. lib. 12. cap. 42. contra Fauſtum Manich. & lib. 16. c. 41. de Ciuit. Dei.

Ibid. Formoſi oculi eius à vino) Et tamen vetuſtiores Codices *Formidoloſi* conſtanter retinēt Ambr. de Benedict. Patriarch. cap. 4. interpretatus eſt *Hilares*. Auguſtin. loco citato *Fuluos*. Ruffinus *Gratificos*. Idem Auguſtinus lib. 12. contra Fauſtum cap. 42. *Fulgentes* dixit. Hier. in Iſai. cap. 15. *Gratioſos*.

Teſtimonior. lib. 2. contra Iudæos.

Cap. 9. Et exaltabitur Gog regnum ipſius) Vaticanus Codex vetuſtiſſimus habet ϗ ὑψωθήσεται ἡ τοῦ Γὼγ βασιλεία αὐτοῦ. Quod Veronenſis Codex, & Beneuentanus, & alius Petri Damiani vetè, & fideliter conſeruarunt. Et exaltabitur quam Gog ipſum regnum; atque ità poſtrema duo verba retinent tàm ſcripti, quàm excuſi, quos vidi. Euſeb. lib. 9. demonſtr. cap. 3. legit ἡ Γὼγ βασιλεία ſinè αὐτοῦ.

Adnot. ad cap. 1. D. Auguſtinus quoque lib. 17. de Ciuit. Dei c. 8.) Auguſt. lib. 17. cap. 20. de Ciuit. Dei nominatim à Salomone duos libros abiudicat Sapientiam, & Eccleſiaſticum, quorum tamen vtrumque aſſerit propter eloquij nonnullam ſimilitudinem Salomonis dici conſuetudinem obtinuiſſe. Quare citat Auguſt. librum Eccleſiaſtici, vt Canonicum quidem; ſed non vt à Salomone ſcriptum. L

Adnot. cap. 15. Vocem *aureas* interpoſitam neque habent manuſcripti, & veteres excuſi Codices) Et manuſcripti, & excuſi, quos vidi, omnes habent.

Teſtimonior. lib. 3. ad Quirin.

Cap. 28. Qui autem dixerit aduerſus Spiritum Sanctum non remittetur illi neque in iſto ſeculo, neque in futuro) Hinc originem duxiſſe videri poteſt Nouatianorum damnatus error. Hi enim Eccleſiæ miniſtros clauium auctoritate vindicare ſibi ius lapſos ad Eccleſiæ communionem recipiendi non poſſe aſſerebant: pœnitentiam autem lapſis vtilem omninò apud Deum futuram non negabant. Id verò ſolius Dei eſſe, non hominibus permiſſum. L

Ibid. Si autem in Deum peccet homo, quis orabit pro eo?) Ex hoc loco poterat ſatis intelligi, quid pro hoc nomine Spiritus Sancti ſignificatum putarit Cyprianus. Et hinc lucem afferri oportuit loco ſupra. Quod Idola Dij non ſint, nec lectionem adiectione corrumpere, eo conſilio, nè Trinitatijs anſa detur calumniandi. Fides vbique antè omnia retinenda eſt in Codicum reſtituenda lectione, & ſinendi cæci, qui ſcandalizantur quacunque de cauſa temerè, vt monuit, & præcepit Chriſtus.

Cap. 87. Niſi vt proijciatur foras, & conculcetur ab hominibus) In duobus vetuſtiſſimis Codicibus manuſcriptis, ideſt, Veronenſi, & Beneuentano, & tribus præterea Vaticanis ſic habet *Niſi proïci foras, & conculcari*, ſeruata græci ſermonis forma.

Adnot. ad cap. 6. Excuſi habebant in margine Eccleſiaſt. 3. Sed neque ibi græcè repetitur, neque in libro Sapientiæ reperire potui) Si quæſiſſes cap. 28. Prou. in vltimo verſu apud Septuaginta, repetiſſes. L

Ad cap. 16. Hoc Manut. & Morel. fortaſſis quia teſtimonium, quod citat, inuenitur Prou. cap. 14.) Non Manutij culpa factum eſt; ſed aliorum. Codices enim omnes tàm ſcripti, quàm excuſi habebant *In Sapientia Salomonis*; & ita excudendum curaueram.

De Spectaculis. Tom. 3.

In Argum. libri ſeq. Quare rectè eius nomine in lucem eſt editus à Manutio) Non ſatis videre poſſum quo argumento ductus vir bonus aſſerat, Manutium librum de Spectaculis Cypriano tribuiſſe, cum titulus his omnibus, quæ ſequuntur, manifeſtè conteſtetur Cypriani non eſſe; ſed tamen ei adſcripta. Manutius autem, qui nil aliud egit, quàm excudendi onus ſuſcepit, cur auctor cenſeatur huiuſmodi iudicij, vel cenſuræ nulla cauſa eſt, cum nihil eorum præſtitit; ſed aliorum labores, & vigilias typis excudendas, publicandaſque curauit. L

Cap.

Cap. 1. Nabla, *æra*, tympana, tibias, citharas, choros legimus) cinyras. F

Adnot.) Nihil mutatum eſt in libri huius lectione, quod Codices & pauci erant, & maximè corrupti. L

In cap. 2. Quum hìc numeret varia inſtrumentorum muſicorum genera) Aera in Scripturis Sacris nunquàm legi pto genere muſicorum inſtrumentorum. L

In cap. 3. Cenſeo legendum *Renunciando*, ant locum eſſe mutilum.) Nec mutilus locus, nec lectio mutanda videtur. L

In cap. 4. Manutius aſteriſcum addidit voci *Dimiſſus*, quantum ſuſpicor, quod putaret locum mutilum) Aſteriſcus loco huic neceſſarius; nàm lacuna patebat im manuſc. L

In cap. 6. Fortè *Extenſis*) Malè hoc loco lectionem mutas. L

In cap. 7. Obſcurus locus, & mutilus) Et hic locus clarus eſt, ſi quæ ſequuntur aptè ordinaris, vt Aërem conſtantem. Quamquam pro *Interim* libentiùs legerim *Inter hæc*. L

De Diſciplina, & bono Pudicitiæ.

Miror ego te Pameli in hoc libro agnoſcere Cyprianum. Auctor ex Cypriano mutuatus multa videtur; ſed longè à Cypriani veritate, & elegantia abeſt. L

Cap. 1. Ne quid *mutulum* videtur) mutilum. L

Ad Cornelium Papam, de Cardinalibus operibus Chriſti, &c.

Voces innumeræ Cypriano incognitæ, quæ ſcholam recentiorem omninò ſapiunt: ex poterant cuiuis facilè perſuadere neque Cypriani opus eſſe, neque ad Cornelium Papam, qui eodem tempore Romanam rexit Eccleſiam, hæc ſcripta fuiſſe; ſed ab alio Cypriano fortè Monacho ad Cornelium quempiam Epiſcopum. L

Cap. 1. Nec deerat impoſitorum nominum ſecundum ſenſum *ſuorum effectum certitudo*) ſuum certitudo. O

Ibid. Indulgentiam meretur humilitas, quæ, quo poteſt acceſſu, ſublimitatis veſtræ manibus ſe porrigit attrectandam) Conneniunt hæc verba Cypriano? L

Cap. 2. Huius rei forma Seraphim faciem Dei, & pedes velat) Citaſſet Cyprianus Eſaiæ verba ità contra LXX. & vulgatam quoque, vt ex duobus Seraphim vnum faceret? L

De Ablutione Pedum.

Cap. 2. *Quia poſt Baptiſmum, quem* ſui reuerentia non patitur iterari) Quia Baptiſmum, & Euchariſtiam, quæ. O

De Vnctione Chriſmatis.

Cap. 1. *Conſeruandum* tradidit, & erogandum) Conſecrandum. F

De Aleatoribus.

Naſum non videtur mihi habere, cui ſtylum huius ſcriptionis, non valdè diſſimilem eſſe Cypriani dictioni, placet aſſerere, a quo etiam in Scripturarum citationibus magnopere diffidet. L

De Montibus Sina, & Sion.

Cap. 2. Spiritus Sanctus, qui de cœlo deſcendit Chriſtus). Ità clarum eſt hic, & alibi Spiritum Sanctum ſignificare diuinitatem Verbi Dei; vt, nè ſi velit quis, patere illi erroris locus vllo modo poſſit; cum enim Dei Filius per carnem aſſumptam homo quoque ſit, ad diſcrimen carnis notandum, appellat Spiritum Sanctum ipſam Diuinitatem Verbi Dei per ſe conſideratam. L

Adnot. Locum hunc deprauatiſſimum) Quam vereor nè nimium auſus, corruperis, veriùs, quàm reſtitueris; nàm Vaticani Codices duo vulgatam lectionem agnoſcunt, niſi quod in altero pro *Vegeti* eſt ſcriptum *Vegetati*. L

Obſeruationes, & Coniecturæ in D. Athanaſium.

Editio Froben. Baſileæ 1556.

In Orat. contra Arianos pag. 130. Concilio *Sardinienſis*.) Sardicenſi.

Pag. 111. Vel magni illius Meletij) Niceph. lib. 8. cap. 14. Meletius Sebaſtiæ, Baſilius Amas; hic ab Euſebio in Chronicis an. 321. à Licinio martyrio coronatus ſcribitur. Quare in Nicæna Synodo intereſſe non potuit; ſed Eutychius Amaſenus eius ſucceſſor, vt in ſubſcriptionibus patet.

Pag. 296. In illud omnia tradita &c. Cui conſepulti eſtis in baptiſmate *ad infernum*, in quo & reſurexiſtis). < F

In Comp. de Spiritu Sancto pag. 300. Sebeel, aut & Eliam). Beſeel autem, & Eliab. Exod. 31.

In Apolog. ad Conſtant. pag. 304. Pitybionem). Petonionem vocat Tacit. lib. 19.

Ibid. Et Dionyſius *Leidæ*) Laudis Pompeiæ fortè; nàm in Italia locum eſſe patet.

In Apolog. de Fuga. Quæ magna Oaſis appellatur) Oaſis magna: Vide Zoſimi deſcriptionem eius loci lib. 5. Vide Baronium in Not. Martyrol. 12. Iunij. g.

In Epiſt. ad Orthod. Diſ] enſationibus *miniſteriorum* Dei) myſteriorum.

Ibid. pag. 338. Niſi *Euſebiam* Eccleſiam turbaſſent)

ſent) Euſebiani.

In Epiſt. cont. Arian. pag. 341. Illis autem de iuſtitia ſua remittentibus) nihil.

Pag. 349. Suum ſermonem *deprehendi* debere) reprehendi.

Pag. 352. *Qui* verbi deitatem declarant.) Quæ.

In Epiſt. de Nic. Syn. pag. 357. Eiuſque gloriam *occupant*) occuparit.

In Epiſt. ad ſolit. vit. agen. pag. 443. Lucij porrò Adrianopoleos) Hunc aliqui Lucianum ſeribunt, vt Sozomenus in Trip. lib. 4. ità etiam in epiſtola orientalium ad Iulium Papam appellant, niſi Codices corrupti ſunt. L

Pag. 455. Singulatim *ceſſari* iuſſit) arceſſi.

Pag. 467. Epiſtolas *committens*) componens. F

Pag. 469. Felicem quendam Epiſcopum) Vide an is Felix ſit, quem Athanaſio ſubſtitutum ſcripſit Greg. Cedren. à Conſtantio anno imperij eius 15. L

In Epiſt. de Synod. Arimin. & Seleuc. pag. 477. Et eodem die *vbi* feſtum celebraretur) vbique.

Pag. 484. Hiericas) Hieracham vocat Hilarius lib. de Trinit. 4.

In Epiſt. ad Epiſcopos Africæ pag. 525. Cum *Gregorio* ſocio ſuæ impietatis) Georgio ſupra. pag. 334.

In Ser. in illud Profecti. pag. 575. Quibus vnuſquiſque noſtrum *innouatur*) innodatur. F

In Paſſ. & Cruc. Domini pag. 640. *Morem* injiciamus) Moram.

Ibid. *Ad* proprium ſibi habet) Id.

Pag. 642. Vt *indè* ipſi loquentes.) vndè

Ibid. Vt enim hominum *ſermo* confirmat iusiurandum) ſermonem.

Pag. 644. Falſus non fuit) Non fefellit.

In Euang. Quicunque dixerit, pag. 690. Excellentium) Excedentium.

Ad Antiochum de plurim. & neceſſ. quæſtionib.

Hic liber præter quam quod nonnulla habet inepta, quę Athanaſio nemo prudēs adſcriberet; citat Athanaſium in quæſt. 23. & Gregorium Nazianzi Epiſcopum, qui Theologus dictus eſt, quæſt. 129. L

In Diſput. contra Arium.

Et hunc librum meritò ſuſpicatus eſt ſe, quicunque is fuit, qui præfationem hanc addidit, non facilè Athanaſij nomine perſectutum, vt Athanaſij eſſe crederetur, quamquàm ſtudioſi alicuius fuiſſe conſtat, qui ex Athanaſij ſcriptis argumenta collegit contra Arium; vndè hanc fabulam adornaret. L

De Reſcripto Marci Papæ ad Athanaſ.

Nepotiano, & *Secundo*) Facundo. Si vera eſt huius epiſtolæ conſcriptæ temporis nota. Videndum erit, quomodo conſtet rei veritas in Marci Papę vitæ temporis ſpatio; nàm ſcribunt 17. kalen. Februarij creatum, Papillio Nepotiano, & Facundo Coſſ. Prid. Non. Octob. eodem anno obijſſe. Quare litteras VIII, vel X. kalen. Nouemb. vt exemplar Conciliorum habet, ſcribere non potuit, niſi antè id tempus, vel certè nō obijt eo tempore; ſed aliquanto poſt litteras ſcriptas: horum enim alterum, vt ſtatuatur omninò neceſſe eſt. Sigonius lib. 4. hiſt. Occident. Imper. VIII. kalen. Octob. datas ſcripſit. L

Obſeruationes in D. Ioan. Chryſoſtomum.

Editio Venetijs ad ſignum Spei. 1549.

Tom. 1. Hom. 9. pag. 12. Cogitationum aliæ ſunt magis *pecuniæ*) pecuinæ. L

Ibid. Si nihil paſſi graue pro ſuis delictis, atque ità) eſſent. L

Hom. 13. pag. 18. *Et* viſionem) Ad. L

Hom. 14. pag. 19. Caput viri mulier) Caput mulieris vir. L

Pag. 20. *Dominum* concedite) Domi. L

Hom. 15. pag. 20. Et capræ ex ſuis *capillis* aliquid noſtro miniſterio afferunt, *lateque*) pilis, lacteque. L

Ibid. vt etiam *circa* cruciatum.) citra. L

Hom. 40. pag. 69. Ità & vxori tuæ ſimiliter appono litteram) Hieronymus in quæſt. in Gen. oſtendit errare, qui additione litteræ. R. Sarræ nomen auctum putant: cum apud Hebræos non eadem ratio elementorum ſit; ſed finem nominis mutatione litterę fuiſſe nouatum probat. Hilar. in cap. 18. Matth. Ambr. lib. 2. c. 11. de Abraham Patriarcha. Aug. de Ciuit. Dei lib. 16. c. 28. L

In Serm. de Ioſeph. Confinge falſas calumnias; nec te marito perſuade) Confinge falſas calumnias necte, marito perſuade. L

In Serm. de Aſcen. Heliæ pag. 134. *Quoniam* ad laſciuos) Quondam. L

Ibid. Tranſuolaret *euectus*) reuectum. L

Ibid. Qui ſic cæleſtibus aſſueuerat *temperare*) imperare. L

Ibid. Radiorum tibi *diſtrimine*) diſcrimina. L

Ibid. Aut *ambulare* non potuiſſe) amburere. L

Ibid. Stat intrepidus ſuper ignem, ac ratem) Stat intrepidus ſuper igneam cratem. L

Ibid. & ſi quis improborū fuerit) Et ſi quis improbior eorum fuit. L

Ibid. An aliqua *illa* cenſura) aliâ.

Ibid. Velut peregrina ſua tranſeuntre) Velut peregrinum ſua tranſeuntem. L

Ibid. Sed de me fateor ſæpè *victor*) victorem. L

Ibid. Et *quoniam* fortiter) quàm.

Tom. 2. Hom. 6. in cap. 11. Matth. pag. 14. Hæc verò à Septentrione in meridiem ſtella veniebat: ſic enim ſecundum locorum ſitum Palæſtinæ

ſpe-

ſpectabat ad Perſidem) Non conſuluit Coſmographos de hac re Chryſoſtomus , & ideo errauit ipſe, & Theophylacto, & Euthymio erroris cauſam præbuit. Vide quæ ad Theophylactum in Matth. apponemus. L

Tom. 3. In Acta Apoſtolor. hom. 1.) Miror Chryſoſtomum ſcribere hæc potuiſſe , quæ de libro Actorum hic dicuntur. Mirum etiam certum eſt Irenæum , & alios Patres fuiſſe, qui neſcirent à Luca Acta Apoſtolorum conſcripta: Lege Irenæum lib. 3. cap. 14. & 15. L

Tom. 4. In Epiſt. ad Corinth. 2. cap. 1. hom. 2. Chriſtiana veſtra vectigalia. Quod eſt caput bonorum, quod honeſtum eſt, idem & vtile eſt.) Ad hunc locum ſatis malè redditum latinè: vide quę notauit Flaminius Nobilius in Editione Pariſienſi 1581. L

Cap. 12. hom. 26. Hac ratione Alexandrum decimumtertium Romanorum Senatus , vt Deus eſſet, ſanxit.) Hic locus ità habet etiam in græcis Codicibus; ſed videtur aut Chryſoſtomum ignoraſſe hiſtorias , vt quod Tiberio adſcribitur , Alexandro tribuerit, aut in numero erraſse , vt XIII. putarit , qui XXII. fuit . Hadrianum templa dicare Chriſto ſtatuiſse Lampridius in Alexandro ſcripſit , & de Tiberio etiam Tertul. Apolog. cap. 5. L

In Epiſt. ad Hebr. cap. 12. hom. 31. Quomodo ergo dicit , quod non inuenerit pœnitentiæ locum) Ea vera, ſolaque loci huius, ſententiæque ſolutio , & explicatio plana eſt , vt non inuenerit in Patre Iſaac locum pœnitentiæ ; vt reuocaret benedictionem Iacob datam; hoc enim cum lacrymis quærebat Eſau , & non locum pœnitentiæ ſuæ à Deo . L

Tom. 5. In lib. de Sacerdot.) Baſilius hic Chryſoſtomi familiaris, æqualis, & condiſcipulus, non is eſt , qui Magnus dicitur Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, fuit ; ſed alter Antiochenus patria , & ſocius Chryſoſtomi , ſodaliſque , vt Simeon Metaphraſtes in vita Chryſoſt. diligenter notauit , errorem ſecus opinantium redarguens . L

In Symb. Apoſtol. hom. 1. & 2.) Latini hominis videntur eſse . L

In Epiſt. 3. Cyriaco Epiſcopo exuli Ioannes exul. Audiui enim & ego de deliro illo Nectario) Nectarius hic Chryſoſtomo ſurrogatus frater fuit Nectarij , cui ſucceſſit Chryſoſtomus , & proprio nomine Arſacius dictus eſt. L

Obſeruationes , & Coniecturæ in D. Irenæum.

Editio Froben. Baſileæ 1548.

Irenæus , & græcus fuit , & græcè etiam ſcripſit , vt putat vir doctiſſimus Gulielmus Cardinalis Sirletus . Hieronymus in prolog. lib. 8. Comment. in Iſaiam Prophetam ait: Græcorum ; vt cæteros prætermittam , Irenæi tantum Lugdunenſis Epiſcopi faciam mentionem. Et in c. 36 Ezechiel. idem repetit , vbi quid aduerſus Irenæi erroris Dionyſius Alexandriæ Epiſcopus ſcripſerit , breuiter explicat . Aduertes autem non neceſſariò ſequi Irenæum græcè ſcripſiſse , propterea quod vir græcus fuerit ; nàm & alij Græci latinè ſcripſerunt , & Latini etiam græcè . Illud etiam accedit , quod Lugduni Epiſcopus in Eccleſia ſua non græcè ; ſed latinè populum docebat, atque ità etiam ſcripſiſse eum veriſimilius eſt ; græcum autem characterem , & figuras vitare facilè in ſcribendo non potuit homo græcus in Græcia eruditus , vt neque Ammianus Marcellinus , & alij. Latina autem eius ſcripta à S. Ambroſio , ſunt qui putent , eſse facta , quod certè mihi non fit veriſimile , niſi ſi adhuc iuueni Ambroſio , id aggredi exercitationis gratia , veniſset in mentem . Veriſimilius igitur hominem græcum ità locutum, vt qui non aliter latinè ſciret . Quis autem inter Latinos , ſi Irenæum vertere voluiſset , non latinè maluiſset loqui , vt par erat , quàm græcè . Videmus pœne omnia ità ſcripta , vt ſuapte ſponte è græco fonte profecta ſint . Hieronymus idem manifeſtò videtur ſentire , Irenæum latinè ſcripſiſſe , cum verba adiurationis eius , quæ in fine librorum ſuorum adiecit Irenæus, ipſe recenſet . Quod certè non feciſſet , ſi græcè ſcripſiſset ; nàm gręca verba citare debebat , vt in alijs interdum facit . Scripſit nuper quidam ſinè nomine Libellum Obſeruationum Diuini , & Humani Iuris , in quo explicantur l. Dominico . de Spectac. C. Theod. & l. omnes dies. C. de Ferijs , in quo etiam Sacramento prouocate non dubitat Irenæum omninò græcè ſcripſiſse , fretus vno illo argumento , quod à græcis Scriptoribus verba eius græcè referuntur . Quod argumenti genus infirmiſſimum eſt . Quid enim ? tot philoſophi græci latinè ſcripſerunt , quia Cicero verba latinè refert . L

Lib. 2. cap. vlt. *Nec poſtquam* inſurgere in eam) Nè poſset vnquam . L

Lib. 3. cap. 1. Præſcripta nobis tradidit. ᵛ Poſtea) Lucas Pauli comes Euangelium ab eo prædicatum in librum congeſſit . Euſeb. lib. 5. c. 8. Hiſt. Eccleſ.

Cap. 2. More ſerpentum *lubrici vndique fingere conantes*) lubricos vndique effugere. V. C.

Cap. 33. Quoniam Paulo atteſtante facti) Quoniam paulò antè facti .

Cap. 35. Offendere fecit hominem *inquam*) & in quem. V. C.

Lib. 4. c. 14. Et *tentatus* diabolus) tentans. V. C. tentaturus . F

Cap. 25. Quædam verò addunt , ᵛ quemadmodum) quædam verò. V. C.

Ibid. Quas traditiones volentis *iudicare*) vindicare. V. C.

Ibid. Inſtituenti eos ᵛ aduentum Chriſti) in . L

Cap. 26. Apta vtriſque *præceptis*) præcepit . V. C.

Cap. 28.

Cap. 28. Non Quaſi indigens Deus *hominem* plaſmauit Adam) hominis V. C.

Cap. 31. Erga Deum dilectionem præſciebat) Et erga Deum dilectionem præcipiebat. V. C.

Ibid. Inſinuabatur) Inſinuabat.

Ibid. Nihil tamen indigentiæ Deo ab homine) indigente. V. C.

Ibid. Si *reuertatur, vt* timeat) reuereatur, &c. L

Cap. 32. Quoniam meæ ſunt omnes *veſtra* terræ) beſtiæ.

Cap. 34. Et genus ᵛ oblationum) non. V. C.

Ibid. Siuè argumento) Nec ſinè argumento. V. C.

Ibid. Secundum ᵛ ſuam animam) autem. V.C.

Ibid. Et *ad* templum) eſt.

Cap. 42. Antè circumciſionem erat ᵛ Abraham) in.

Cap. 72. Et *id* non expedit oſtendens) quod.

Cap. 75. Et virtutem *vinci*) vicit.

Ibid. Et *abſorbi*) abſorberi.

Lib. 5. Eum calicem, qui eſt creatura, ſuum corpus confirmauit, ex quo noſtra auget corpora) Eum calicem, qui eſt creatura, ſuum ſanguinem, qui effuſus eſt, ex quo auget noſtrũ ſanguinem, & eum panem, qui eſt à creatura, ſuum corpus confirmauit. V. C.

Ibid. In vſum hominibus veniunt, & ſanguis Chriſti) In vſum hominibus veniunt, & percipientia verbum Dei Euchariſtiam fiunt, quod eſt corpus, & ſanguis Chriſti. V. C.

Obſeruationes, Correctiones, & Coniecturæ in Theophylactum Bulgariæ Archiepiſcopum græcæ fidei reſtitutum.

Editio an. 1554.

Theophylactus hic ſub Imperatore Alexio Comneno circa annum Domini 1080. floruit.

Extat eius oratio ad eundem Alexium, qui cœpit imperare an. Domini 1081. atque ità Laurentius Sifanus ex Ioanne Sanbuco ſcripſit in Præfatione Com. Theophylacti in Acta Apoſtolorũ.

In Matthæum.

Cap. 2. Quin à ſeptentrionali parte, quæ eſt Perſidis, ad meridiem, in qua eſt Hieruſalem mouebatur) Vt dignior venia ſis, facit Chryſoſtomus, qui auctor tibi, vt erres, fuit: nàm Perſis Paleſtinæ ità reſpondet, vt penè æquali ab æquinoctiali circulo latitudine diſtantes Perſis orientis, Paleſtina occidentis ſolis rationem inter ſe habere omninò, verèque videantur. Quarè hæc ratio nihil obſtat; ſed aliæ multæ, quas iurè enumerandas diligentiùs putauit Chryſoſtomus hoc ipſo in loco. L

Cap. 4. Adulatur autem ei, putans, *ſe quid ſuffuraturum*) [illegible] ſe decepturum. L

Ibid. Iàm rogas) ἀλλ' ἐρωτᾷς.

Cap. 5. Oſtendit primum *ſeruandum* iuſtitiam) μανίας.

Ibid. Omni cum alacritate exercenda eſt) Omni auiditate appetenda eſt. L

Ibid. Qui heri miſericors fuit, *etiam* ſi hodiè inops ſit) < L

Ibid. *Mordentes*, & condientes doctrina) [illegible]. Adringentes. L

Ibid. Propterea nè abijciatis *mordacitatem*) ſeueritatem, vel auſteritatem. L

Ibid. Vt durent in certamine, & diligentem vitæ ſuæ rationem habeant) [illegible]

Ibid. Horreſce homo, animaduertens quanta à nobis repetantur) Contremiſce igitur homo, conſiderans quantum à nobis exigatur. L

Ibid. Quidam dicunt rhaca ſyriacè *& indignatiuum*) contumeliam. L

Ibid. Quiſquis igitur iniuria affecerit fratrem ſuum, contumelia inuadens) Quiſquis igitur contumelia affecerit fratrem ſuum contemnens, vel deſpiciens.

Ibid. Nàm qui fratrem ſuum ratione, & prudentia priuat, *facitque, vt à nulla differat beſtia*) quibus à beſtijs differimus. L

Cap. 9. Dubitabant enim quomodo *vincerent* abſque corporis caſtigatione) vinceret. L

Cap. 12. In hoc erant venia digni, neque pœnitentia ſuper hoc ab eis exigebatur) Vide Athanaſium lib. de communi ſubſtantia Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, pag. 624. & 687. vbi locum hunc explicat vſque ad 695.

Ibid. Talis, etſi non pœniteat, de hoc non reddet rationem) Et ijs neceſſariam pœnitentiam fuiſſe ſcripſit Athanaſius, quod verius omninò iudicari debet. L

Cap. 15. Has igitur traditiones *vt* vidiſſent non obſeruari) cum. L

Ibid. Turbæ autem loquitur, & *perque* illos ad ſe aduocat) propterea. L

Cap. 17. Didrachmum, qui eſt quinque ſicli, hoc eſt, ducenti oboli) Certum eſt ex Exodo, cap. 30. & ex Ioſepho. lib. 7. Belli Iudaicis Didrachmum Sicli dimidium eſſe, & Atticis XII. Obulos valere; Iudaicis verò X. tantùm; nam ij grauiores erant. L

Cap. 18. Tunc ab eo te ſubducas) Tunc etiam bonis tuis illi credito. L

Cap. 23. Habet enim ità narratio nobis tradita) Mutuatus eſt ex Baſilio. hom. 53. de Natiuitate Chriſti. L

Cap. 26. Quia tunc offerenda erant omnia Sacrificia in lege decreta) Delendum totum. L

Ibid. Nè populus propter homicidium à Sacrificijs abſtineret) Ne populus propter ipſorum homicidium à Sacrificijs, quæ lege imperata erant, offerendis, abſtineret. L

Ibid. Simonem autem hunc leproſum &c.) Quàm hæc parum conueniant, & non ſint veriſimilia, facilè ex hoc apparet, quod mittente Ieſu in

Ciui-

Ciuitatem ad quandam; cum in domo Simonis in Bethania eſſet, ille idem Simon eſſe vtrobique non potuit.

Ibid. Et tu quoque, ſi lepra laboras, & phariſaica lepra inflatus es, quæ à Deo ſeparat) Et tu quoque, ſi leproſam animam habes, & phariſaicam, inflatam, ideſt, à Deo ſeparatam, & abſciſſam. L

Ibid. Nàm ſi non *ſolum* hominem illum eſſe docueris) purum. L

Ibid. Tunc caput *ſuum*, hoc eſt diuinitatem) eius. L

Ibid. Hoc eſt theologum ages) De ipſo vt Deo ſenties, & loqueris. L

Ibid. Non dixit hoc eſt *figura*, ſed hoc eſt corpus meum) ἀντίκρυν.

Ibid. Diſce homo *continuò* precari in tentationibus) ſemper. L

Ibid. Etiam ſi cui Deum vltionem exquirere videatur) Etiam ſi cui Deum vindicare ſibi videatur.

Ibid. Legio enim eſt magnum agmen, nempe, ſex millia equitum) ἱππέων corruptum puto verbum; nàm nuſquam legimus, legionem ſex millium equitum; ſed peditum: quarè πεζῶν fortè reſtituendum erit. L

Cap.27. Ità vt tranſire non potuerit orbitam) Qua tranſiſſet facilè currus, ipſe tranſire non poſſet. Videtur fabuloſa additio; nàm crepuiſſe medium, & diffuſa eſſe viſcera Iudæ proprium eſt eius mortis generis, quo quis ſuffocatur. Quarè non aliena, & abſurda commiſci oportet, vt verbis Lucæ Actor. 1. videaris non aduerſari. Ea enim maximè conueniunt ei, qui ſuſpendio vitam ſibi adimat.

In Euangelium S. Marci.

Cap.15. Et hæc Dei Genetrix erat) Si Maria Iacobi eſt ipſa Dei Genetrix; erit eadem etiam capitis proximi initio; nàm Maria Iacobi dicitur. Id quod abſurdum omninò eſſe ipſe Theophylactus manifeſtè ſenſit; cum non admodum ſapientes mulieres in eo conſilio fuiſſe declarat, vt aromata neceſſaria corpori Chriſti ſeruando putarent. Quarè & hic Maria non erit Dei Genetrix; ſed altera vera Mater Iacobi, & Salome, & non nouerca. L

In Euangelium Lucæ.

Cap.1. Num abſuada, & *procatrix*) [illegible].

Ibid. Quia & Dei mentio inter ſalutandum *facta*) [illegible].

Cap.2. Quæ nunc ego dico, & geſta eſſe facio) Ità vt quod dicitur tale ſit. L

Ibid. *Reuereantur* hinc, qui dicunt) Erubeſcunt, Confunduntur, Conturantur. L

Ibid. Sed fortè poſteaquam compleuit ſermones) Veriſimile eſt tunc concepiſſe, cum adſenſa eſt, dixitque fiat mihi ſecundum verbum tuum. L

Ibid. Vt multiplicatio prolis huius ſignetur) Vt in ſumma fœcunditate eſſet vita illius pueri. L

Ibid. Sicut & Dauid dicit.) Vtrobique vitæ miſerias recenſet; ſed nuſquam habet verba loci huius. L

Cap.7. Et ille quidem nihil dicit, hic autem obmurmurauit) Adde, quod eſt momenti maioris; illud in Bethania, hoc in Naim, ideſt, in Vrbe Galileæ factum, hoc antè mortem Ioannis, illa duo multò poſt, vtpotè inſtante Paſcha poſtremis vitæ Chriſti diebus. L

Cap.10. Duo enim ſunt modi, quibus *regnat in nobis* Deus) imperat nobis. L

Cap.16. Et figurato modo rerum *quarundam* naturam) aliquarum. L

Ibid. Nàm ſi *per tenues particulas* omnes exponere tentauero) minutatim. L

Ibid. Fert enim Hebræorum traditio, Lazarum quendam) Non videtur conſtare ſibi; ſupra enim omninò hiſtoriam eſſe negauit; hic verò in eorum ſententiam ex parte diſcedit. L

Ibid. Et ideò cum moreretur non ab Angelis aſſumptus eſt; ſed in infernum deductus.) Hinc apparet ἐν τῷ ᾅδῃ ſuperioribus iungendum exiſtimaſſe Theophylactum; quamquam in omnibus codicibus, quos habemus, græcis legatur, vt in impreſſis, reclamantibus latinis omnibus. L

Cap.18. Sed alios per hoc exinaniunt) Sed ea cauſa alios quoque contemnunt. L

Ibid. In locum infimum reijciat, & * dæmonem reddat) tanquam. L

Ibid. Qui iàm ſe æqualem Deo *fecerat*) nominabat. L

Ibid. Tanquàm propriæ adſcribens potentiæ *ea, quæ dicta ſunt*) ſua facinora. L

Cap.19. Et præcurrens, aſcendit in arborem *caprificum*) [illegible].

Cap.22. Et ſic vnum factum eſt volitum) Καὶ ὅπως ἓν γένηται τὸ θέλημα.

Cap.24. Neque enim adhuc habebat corpus *quod multum*) tale, vt diù. L

Ibid. Cum eis conuerſaretur *, vt ex hoc) ſimul. L

In Euangelium S. Ioannis.

In Prologo. Poſt *viginta duos* annos poſt aſſumptum in cælos Chriſtum) ſexaginta quinque; ità Auguſt. & alij, ideſt, poſt mortem Domitiani. L

Ibid. Eo quod * abſolutè mitis erat) ſimplex, &. L

Ibid. Vndè & ampliùs notitiæ Dei donum ei concreditum eſt, myſterijſque pleriſque incognitis ipſe delicatus eſt) Ex quo ſanè dono, & theologia ei credita eſt, cum myſterijs oblectatus eſſet multis incognitis.

Cap.1. In principio erat * verbum) illud. L

Ibid. Alij inferiorem natiuitatem Domini *conuerſationem*) educationem. L

Ibid. Nos autem ad hanc ſtultam *inſtantiam*) obiectionem. L

Ibid. Mentis *voluntates* annunciat) conſilia, cogitatus. L

Ibid. Poſſibile eſt, quod cum filius non ſit poſterior patre?) Qui filius eſt poſterior patre non eſt?

Ibid. Et vt exemplo manifeſtius faciamus) Videlicet, & clarius ſententiam exponam. L

Ibid. Et ſegregans ſe ab eo) Et tanquam ſegregatus ab eo. L

Ibid. *Nihilominus* cum Deo patre eſt) At tamen L

Ibid. Non minus facilè fuerit & Arianis reſpondere) Non ab re autem fuerit & aduerſus Arianos quoque dicere,

Ibid. Nunquàm ſeparatus eſt à Deo * patre) &. L

Ibid. Aliud quidem *mentale*, quod habemus) internum. L

Ibid. *Intellige* autem virtutem loquendi) intelligo. L

Ibid. Et virtutem non *abiecit*) amiſit. L

Ibid. Hoc eſt vis eloquendi, cum id, quod intus ſitum eſt in mente; in opus producimus) Sermonis interni, atque in anima poſiti vim in opus producentis.

Ibid. Nàm cum dicitur pater, & filius, & ſpiritus) Nonne & patrem audiens, & filium, & ſpiritum,

Ibid. Sicut dicimus *ſecuri* fabricari ianuam) πρίονι, ſerra. L

Ibid. Sicut ſecuris Dei, & patris factoris, & vtentis filio) Serra ibi: ipſo quidem Deo, ac patre factore, & vtente filio.

Ibid. Et hæc ſunt maligna Arij nugamenta) Hęc peruerſa Arij ſecta, vel collegium, L

Ibid. *Indignior* fuerit filius creaturis) Vilior. L

Ibid. Vt nè ſuſpiceris illum *vnigenitum*) ingenitum. L

Ibid. Qui habet filium *regem* & conditurus eſt ciuitatem, & ei) < L

Ibid. Et hæc de vnigenito, & non de patre dicit. Diſces etiam hoc ab ipſo quidem Apoſtolo.) Quod autem, & hæc de vnigenito, & non de patre dicat, diſcere potes ab ipſo quoque Apoſtolo.

Cap. 3. Et meritò, Nos enim alij omnes ad menſuram accepimus) Et meritò: alij enim omnes ad menſuram acceperunt.

Ibid. Quaſi illi conſubſtantialis eius * gratia) rei. L

Ibid. Hoc eſt nulli * ſimilis eſt, quàm patri) alij.

Ibid. Vt ne duo principia ſpiritus introducamus) Vide ſupra cap. 1. vbi δὲ aliter exponit. Quare vereor hæc particula nè ſit addita ab alio. Vide Athan. tom. 2. quæſt. 64.

Ibid. Veritas eſt filius, & *veritas*, & ſapientia) δύναμις virtus.

Cap. 4. Non opinor *igitur* illum eſſe, ſed alium) τοίνυν autem.

Cap. 6. Cui *datus eſt* pater, hoc eſt, à quo) dabit.

Ibid. Donum à Deo, quod illi datum eſt) Donum, quod illi à Deo dabitur.

Ibid. Quare autem non magis laudauit duodecim, qui non cum alijs *amiſſi fuerunt*) συναπῆλθον.

Ibid. Exiſtimaſſent ſe illi gratificari *propter comitationem*) quod eum ſequerentur. L

Ibid. Verba vitæ æternæ habes, & nos *credimus*) credidimus. L

Ibid. Sed *attendendi negligentia*, & ignauia) ἀπροσεξία.

Cap. 7. Exponimus enim hoc, quod multis melius) Eligimus enim, quod reliquis accommodatius eſt. L

Cap. 8. Annota autem, quod lapidantes illum, hi erant, de quibus dixit Euangeliſta, quod crediderint in eum) Nullo modo neceſſarium eſt ità interpretari; nàm præter eos, qui crediderant, erant multi quoque increduli, quorum mala mens, malus animus manus lapidibus admouit. L

Cap. 11. Eo quod memores erant) Commonefacientes ipſum.

Ibid. Domino ineſſe virtutem *cognouerunt*) ᾔδεσαν.

In Epiſtolam Pauli ad Romanos.

Cap. 9. Oſtendens, quod ſolum Deus norit, qui ſunt digni vel honore, vel pœna) Non hoc agit Apoſtolus, vt oſtendat Deum ſolum id noſſe; ſed Dei miſerentis, non hominis volentis, aut currentis eſſe ad ſalutem peruenire. L

Ibid. *Nonnę* imperium, & principatum cum eo partiris) Nunquid.

Cap. 14. Quomodo igitur ipſe legi *dùm* inſeruis) etiam nunc.

In 1. ad Corinthios.

Cap. 1. Magnus hic fuit Corinthi, nec non celeberrimus) Oecumenius in cap. 16. Actor. ſcripſit fuiſſe cuſtodem carceris, qui baptizatus eſt à Paulo. L

Cap. 13. Expreſſiùs demonſtrat rei repreſentatæ *imitationem*) imitationem.

Ibid. *Cæterum*, vt per hoc oſtendat apertione m) Sed.

In Epiſt. ad Epheſios.

Cap. 1. Bona voluntas igitur eſt, ſeu beneplacitum) Repete hic quæ à Chryſoſtomo ſcripta ſunt; nàm breuitatis cauſa etiam multa omiſſa ſunt, ſine quibus recta, plenaque ſententia omninò percipi non poteſt. L

In Epiſt. ad Philippenſes.

Cap. 1. Cuius autem rei gratia nunc à clero ſcribit) Quo argumento conſtat à clero, non à popu-

populo miſſum Epaphroditum: ego quidem nondum queo videre. L

Ibid. *Exiſtimant* preſſuram adferre) Exiſtimantes.

Ibid. Quid enim omni modo, ſiuè per occaſionem) aliud quam.

Ibid. Secundum expectationem, & ſpem meam. [illegible]) [illegible].

In Epiſtolam ad Coloſſenſes.

Cap.1. Non dixit autem traſpoſuit &c.) Vide quàm nihil ſignificatur latinis verbis, quod græcis eſt clariſſimum. L

Cap.2. Oſtendit eos cecidiſſe adeo &c.) Inepta expoſitio.

Ibid. etiam ſi *dùm* futura ſit) adhuc.

In Epiſt. ad Theſſalonicenſes.

Cap.3. Neque ſimpliciter maritis *iacentes*) carentes.

Cap.5. Induti loricam fidei, & *claritatis*) charitatis.

In Epiſtolam ad Hebræos.

Cap. 1. Et in principio Domine fundaſti &c.) Niſi verbum hoc in principio exponatur, vt in primis verbis Geneſis, ideſt, in filio; fruſtra quis puto laborabit in eo, vt locum hunc ex pſalmo 101. referat ad filium, cum nihil præterea in eo ſit, vndè filium quis accipi poſſe, oſtendere poſſit. L.

Cap.6. Quapropter *intromittentes* inchoationis Chriſti) omiſſo ſermone.

Cap.9. Creaturarum enim nulla habet in ſeſe Deum *verba*) verbum.

Cap.12. Non enim inuenit pœnitentiæ locum, quamquàm cum lachrymis inquiſiſſet eam.) Si pœnitentia in nobis ipſis ſita eſt, ea modo, quo Deum placamus, & cuius gratia nobis remittuntur peccata, qui fieri poteſt, vt eam quis cum lachrymis inquirat, nec inueniat? Eſau igitur non ſuam pœnitentiam quæſiuit; ſed patris ſui Iſaac. Quæſiuit enim benedictionem primogeniti, quàm fraudulenter præripuerat Iacob (ita volente Deo), ſed ipſam à patre impetrare non potuit, quamquàm eum lachrymis eum obſecraſſet. Iſaac igitur pœnitere non voluit benedictionis datæ Iacob. Benedixi eum, inquit, & erit ille benedictus. Non eſt ergo aliter exponendus hic locus, quia pœnitentia ſemper impetrat à Deo veniam, modo vera ſit; niſi vbi à Deo ipſo aliter certo definitum ſit, vt in Pharaone. L

Obſeruationes, & Coniecturæ in Diuum Bernardum Abbatem.

Editio Baſileæ an. 1552.

Ser.2. de Nat. Domini. Cui hac vnione præſtatur) Quis in hac vnione præſtat. L

Ser.32. in Cant. Ergo quàntum diſtat *bonam* à malo) bonum. L

Nec eſt omninò in omnibus apothecis ſapientiæ, à quo Deus) Nec eſt omnibus apothecis ſapientiæ æquè Deus. L

Lib.3. de Conſid. Auguſtinus à Beato Gregorio *deſtinatur* eſt formam fidei) deſtinatus. L

Quid è regione tàm peruerſum, tàm recti alienum, *vel* lætetur) vt. L

Tu eius miniſter diſſimulas miſerorum refugium *datum* arma iniquitati) das verò. L

Ac per hoc fortè acrius inſectanda, *quæ* ampliùs nocent) quia. Aliàs.

Lib.4. Clerus, & populus tuus, cui ſpecialiter *epiſcoparis*) epiſcopalis. L

Hi ſunt, qui non verentur ſuſcitare dilectam, & antequàm ipſa velit) etiam. L

Is Cardinalis presbyter functus aliquando legatione) S. Stephani in Cœlio Monte. Aliàs.

Non accipio, inquit, niſi receperis pretium, & reſignauit ſolidos quinque inuito) Solidus, vt puto, hìc accipitur pro nummo argenteo, quorum viginti libram vulgarem, ideſt, ducatum vnum implent. Poſt Scriptores de agrorum cõditionibus extant excerpta quędam de menſuris, & ponderibus; vbi apud Gallos viginti denarios vnciam facere, duodecim verò ſolidum, traditur: quod ſi verum eſt, & argenti probi vnciam denarijs ſeptem æſtimemus (de romanis denarijs veteribus loquor) denarius gallus tertiam partem romani denarij valebit: ità vt ſolidus quatuor denarios romanos valeat, & quinque ſolidi ſint duo ducati aurei, ideſt, viginti denarij romani. L

Et hanc velim generalem conſtituas regulam, vt omnem, qui palàm veretur dicere, quod in aure locutus eſt, ſuſpectum habeas) Si hac vteremur hodiè regula, vndè ſibi victum, & honores quærerent, qui in Curia primas tenent, & ipſis Dominis formidoloſi ſunt, atque omnia ſuo nutu agi & poſtulant, & gloriantur. L

Lib. 5. Dum res aliquas non *conſideras* tantùm; ſed agendas docent) conſiderandas. L

Vide verbum, & in verbo facta per Verbum) Vides. L

Non *aſſenſorijs* gradibus; ſed inopinatis exceſſibus auolare) aſcenſorijs. L

Poſſumus ſingula hæc ita *diffire*) diffinire. L

Nec fortis, quàm *ipſa* fortitudo eſt) ipſe. L

Nihil non minus Inuenio. Quis capiat locus?) Nihilominus. L

Si approbas, non oportet aſſentiaris aliquid, *quo* Deus ſit) quod. L

Obſeruationes, & Coniecturæ in Honuphrium Panuinum.

Editio Louanij apud Bogardum 1572.

Interpretatio Vocum.

In Verbo Confeſſio. Alia verò, quæ per Confeſſiones Martyrum intelligit) Alia verò, quid per Confeſſiones Martyrum intelligat. L

Ibid. Vel etiam oblationes, *qui* ibi celebrantur) quæ.

De Stationibus.

Quod præcipuè fiebat dominico die. Tertullianus in libro de Corona Militis) Error; nàm, cum ſtatio ieiunium eſſet; quarta tantùm, & ſexta feria celebrabatur, vt idem Tertull. lib. de Ieiun. contra Pſychicos. Statio igitur antiqua ieiunium erat, atque in Martyrijs, & oratorijs vſque ad quartam diei vigiliam feria quarta, & ſexta, ideſt, poſt nonam horam ſolebant orationi, lectioni, & exhortationi vacare; ibique perecpta Euchariſtia, tandem ſoluebatur oratio. L

Ad quas autem Eccleſias, & *quod* vicibus) quot.

Quamobrem precationes illæ ſtationes vocantur) Et hic error eſt; non de oratione in die tantùm ſtationis agit ibi.

Obſeruationes, & Coniecturæ in Flauium Ioſephum.

Editio Baſilea Froben. 1548.

De Antiquitatibus Iudaicis.

Lib. 1. cap. 3. Hi anni in vnam ſummam contracti, ſupraſcriptum tempus conficiunt) Aut annorum ſupputatio librariorum negligentia corrupta eſt, aut ſumma collecta non eſt, quam ſingulorum anni conficiunt. Ea enim 2193. facit. Vide eundem infra, vbi nec ſecum ipſe ſentit, nec cum alijs: adeò corruptè vbique ſunt numerorum notæ. L

Lib. 2. cap. 3. Ioſephus intemperias mulieris vlteriùs non ferens, relicta etiam *interula*) veſte.

Cap. 7. Alexandri ductu Macedonibus pamphylium mare ceſſit) Quàm vanum eſt & tibi credere, & ijs, quorum ſequeris veſtigia, in vaniſſima re. Vide Plutarch. in Alexandro. Strabonem lib. 14. & alios. L

Lib. 3. cap. 19. Et præter hoc vnuſquiſque eorum obtulit phialam, & *trulleum*) τρυβλίον.

Et acerram; hæc decem daricos valebat, eratque adornamentis referta) Darici decem. Septuaginta legunt δέκα χρυσῶν. Vulgata decem ſiclos auri; ita vt daricus, ſtater, & ſiclus quo ad pondus idem ſint.

Cap. 13. Et in feſtiuitate azymorum allati eſſent cori ſeptuaginta *) farinæ.

Hoc eſt medimni ſiculi triginta, & vnus; attici vero quadraginta, & vnus) Iſta verba non ſunt Auctoris; ſed ſcholion imperiti alicuius opera in lectionis ordinem ex margine relatum. Corus eſt ſexaginta modiorum, cum Ioſephus lib. 15. cap. 12. decem medimnorum atticorum eſſe eum definiuerit. Quarè & præter huius Scriptoris morem eſſe conſtat ſiculurum menſurarum collationem, & rem falſiſſimam eſſe aſſertam: cum alij, ideſt, Epiphanius, Hieronymus, Eucherius corum triginta tantùm modiorum eſſe ſcripſerint, quos tamen ego contra Ioſephum non ſequor. L

Lib. 6. cap. 10. Goliathus vir prodigioſa ſtaturæ; quatuor enim cubitos vno palmo ſuperabat) Locus manifeſtè corruptus, vel malè latinè redditus; quid enim prodigioſum in hominis ſtatura dici poteſt, ſi mediocrem proceritatem non excedit? Quarè ſex cubitos legendum. L

Lib. 7. cap. 8. Vt intra octauum quemque menſem ad ducentos ſiclos, hoc eſt, ad quinque pondo accreſceret) Siclus ſupra lib. 3. cap. 9. quatuor drachmas atticas habere ſcripſit οὗτοι δ' εἰσὶ πέντε μναῖ. Si minam hebræam intelligit; libræ ſunt romanæ 7. & ſemis; ſi græcam libræ 5. vnciæ 2. cum dimidio. Quarè ſi quinque minas retinemus, eaſque hebræas eſſe volumus; ſiclos trecentos legere erit neceſſe, quippè, ſicli ſexaginta minam conſtituunt; ſed eſt in hac re conſideranda capillorum immenſa quantitas, quæ videtur nullo modo in homine gigni poſſe, aut ferri. L

Lib. 8. cap. 2. Capiebat autem hoc mare congiorum tria millia) Bathorum tria millia. Bathus autem 12. congios capit; vnde congiorum 24. fiant neceſſe eſt ex Ioſepho; ideſt, quadrantalia tria millia. L

Quorum quodque capiebat congios quadraginta) Bathos habent hebræi Codices.

Lib. 13. cap. 5. Præterea do in ſingulos annos ex meis rationibus in ſumptus ſacrificiorum *quindecim millia ſiclorum argenti*) μυριάδας ιε nulla adiecta nummorum ſpecie. Quia æquum non eſt grauiſſimos auctores inſcitiæ, aut negligentiæ condemnare, & in multis comperimus manifeſtos errores eſſe, ſuſpicari libet librariorum vitio, temporis iniuria multa paſſim eſſe vel deprauata, vel manca. Itaque cum locus hic ex 1. Machab. cap. 10. ſumptus ſit, atque in eo primo loco XV. millium ſiclorum numerus; ſecundo verò quinque millium item ſiclorum ſit adſcriptus, veriſimileque ſit Ioſephum nihil mutaſſe: legendum opinor potiùs χιλιάδας ιε. & non μυριάδας (nàm ſumma eſſet dupla ſeſquialtera maior etiamſi drachmas, & non ſiclos intelligas) vel ſi μυριάδας retinere

nere volumus numeri nota ex ϛ mutanda erit in ιξ, vel ϛ' vt ſex myriadas drachmarum ſignificentur, quæ ſumma cum XV. millibus ſiclis conuenit, & in ſecundo loco, pro τὰς δ' μυρίας δραχμάς, legamus τὰς δισμυρίας δραχμάς, quę eadem eſt cum quinque ſiclorum millibus.

Lib. 17. cap. 15. Miſſus eſt illò a Cæſare vir conſularis *Quirinius*) P. Sulpitius Quirinus.

Lib. 18. cap. 3. Peractoque cenſu, qui incidit in annum *trigeſimum ſeptimum* poſt victum à Cæſare in attica pugna Antonium) Si vigeſimum ſeptimum legas, conuenier cum Lucæ cap. 2. qui ſub Quirini cenſus deſcriptione natum Ieſum Chriſtum ſcribit. Eum verò Imperij Augusti anno 41. natum affirmat Tertull. Quarè ſi annos quatuordecim, quibus cum Antonio imperauit Auguſtus, cum annis XXVII. coniunxeris, eum annum confeceris, ſub quo prima cenſus deſcriptio facta eſt à Quirino Syriæ præſidi. L

Communitum nomine mutato *Iuliada* ab vxore imperatoris appellauit) Liuiada. Id enim à Liuia Auguſti vxore nomen inditum conſtat. L

Cap. 4. Inducturus aquas Hieroſolyma *à ducenteſimo ſtadio*) Ab ſtadijs trecentis habet infra lib. 2. de bell. Iud. cap. 8.

De Bello Iudaico.

Lib. 2. cap. 8. Erat autem inducenda aqua ab ſtadijs trecentis) à ducenteſimo ſtadio ſcripſit ſupra lib. 18. Antiq. Iudaicar. cap. 4.

Lib. 3. cap. 3. Cum dexter menſuram palmæ non excedat) Cum dexter non excedit dodrantis longitudinem.

Lib. 6.) Hic liber in græco eſt quintus.

Lib. 7. cap. 24. Nàm cum ſit quando fluit plurimus, neque meatu ſegnis, tamen interpoſitis ſex diebus à fontibus deficiens, ſiccum exhibet locum videre: deindè quaſi nulla mutatione facta ſeptimo die ſimilis exoritur.) Ego Dominicus Macrus harum obſeruationum, & coniecturarum collector tanquàm teſtis oculatus in meo Itinerario excuſo manifeſtæ falſitatis Ioſephum conuici; nàm fluuius Sabbaticus diuerſos omninò effectus præſtat, vt aſſerit Plin. lib. 31. cap. 2. dicens: *Sabbatis omnibus ſiccatur*, quem ſecuti ſunt Iſidorus lib. 13. Ethimolog. cap. 13. Cardanus lib. 2. de ſubt. cap. 102. P. Cauſinus Societatis Ieſu diſertiſſimus ſcriptor lib. 1. ſymb. 5. Baronius tamen maluit præſtare fidem Ioſepho, quàm Plinio, cæteriſque auctoribus. Quarè R. Manaſſes Ben Iſrael exiſtimat cum Caſaubno hunc textum fuiſſe corruptum. Non enim probabile videtur virum hebræum, & accuratum ſcriptorem, illiſque locis viciniſſimum, hæc ignoraſſe. Ego igitur quod vidi hic teſtor, quàndo annò 1624. in Libanum montem iter faciebam, feria ſexta ad ſolis occaſum ſiccatur fluuius; die verò ſequenti eadem prorſus hora itmum fluit. Vndè Sabbatici nomen ei inditum; quia Sabbatis omnibus quieſcit (vt piè creditur) in obſequium Creatoris, qui eo die quieuit ab omni opere, quod patrarat. Non ſunt ergo relinquendi ſenſus propter fallaces rationes iuxta Ariſtotelicum dogma.

Obſeruationes, & Coniecturæ in Gregorij Turonici Hiſtoriam Francorum.

Editio Baſileæ apud Pernam 1568.

In eius Vita. Quibus modis ſe ſubducere *viſus eſt*) niſus eſt. L

Ibid. Quem *ob* Beati Petri confeſſionem introducens) ad. L

Lib. 1. n. 6. Quorum vanam *coitationem* ſimul, & linguam) cogitationem.

Num. 10. Super ripam verò eius non Babylonia, de qua ſupra meminimus; ſed Babylonia ciuitas collocatur) Præſtabat ignota non attingere. L

Num. 13. Quod *ratum* Domino fuit, ità vt ab eodem audiret) gratum. F

Num. 30. Huius tempore ſeptem viri Epiſcopi ordinati ad prædicandum in Gallias miſſi ſunt) Locus videtur corruptus. Quod verum eſt in Saturnino, non item in reliquis; nàm multò antè ab Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus miſſi fuerant. L

Num. 38. Nono decimo Conſtantini Iunioris anno) Conſtantiuus Iunior non imperauit annos quatuor. Quarè, Conſtantij anno imperij, decimonono, reſtituendum. Iunior autem appellatur hic, quod Conſtantij aui nepos erat. L

Num. 48. Tranſijt autem media nocte, quæ dominica habebatur, Attico, Cæſarioque Conſulibus) Diligenti temporum ratione expenſa, quem Chronologi recentiores ex Faſtis Conſularibus Attico, & Cæſario annum ſalutis 397. ſtatuunt; Gregorium Turonenſem annum 398. ſtatuiſſe id manifeſtò argumento eſt, quod illo anno dies dominicus fuit die 11. Nouembris, & non anno 397. L

Ibid. A paſſione ergo Domini vſque ad tranſitum Sancti Martini anni 412. computantur) Error non ferendus. Mors Martini incidit in Conſulatum Cæſarij. & Attici, ideſt, in annum Domini 397. Quarè hic error duplex eſt; nàm à paſſione Domini calculus incohans, & vſque ad 412. tendens, addit annos 45. L

Lib. 2. n. 1. Pro eo quod ab eodem plerumque cur *faciles* res ſequeretur) futiles. F

Ibid. Ecce cælum *ſolitè* ſicut amens reſpicit) ſollicitè. F

Ibid. Pontificatus offitio, orationi *vocabat*) vacabat.

Lib. 6. num. 29. Congregatis virginibus magno *pſillentio*) pſallentium.

Lib. 10. In fine. Vt tibi ſtylus noſter ſit ruſticus, *nec* ſit quoque) nè. F

Ibid. Scilicet, in ſuperioribus de Epiſcopis Turonicis ſcripſerimus) Sicut in ſuperioribus de Epiſcopis Turonicis ſcripſimus. F

Quorum omnes ſumma eſt annorum 5863.) 5813. Quarè in notis eſt error.

Obſeruationes, & Coniecturæ in Diui Hieronymi epiſtolas cum Scholijs Mariani Victorij.

Editio Romæ 1565. apud Manutium.

In Vita D. Hieron. *Quod* nunc vſque ſchiſmatibus dilacerata ſit) Quot. L

Quod dogmatum varietatibus conſtuprata,) Quot. L

In proœmio ſuper Abdiam. Se dùm puer eſſet) In eo proœmio iuuenem, adoleſcentem, puerum, denique infantem ſe ſcribit fuiſſe, cum Commentarios primum in eum prophetam ſcriberet. L

Videns autem Diabolus ſe nullo molimine adoleſcentis animum dimouere *ab arrepto* propoſito poſſe) à recto. F

Qui Valentis, & *Valentini* Imperatorum tempore) Valentiniani. L

Quod verius reor, *tunc* in Cilicia eſſet) cum. L

Quod factum eſt anno Domini 283.) 383. L

Mittit præterea *Paulinum* ſibi germanum in patriam) Paulinianum. Sic infra.

Epiſt. 1. Hic eſt ille operarij, & *quæſtuariæ* filius) quæſtuarij. F

Epiſt. 4. *Creticum* diceres eſſe Longinum, cenſoremque) Criticum. F

Epiſt. 49. Hortaris, vt *tumida* malo vela ſuſpendam) humida. F

Epiſt. 50. Quorum Hilarius, de ſeptenario, ideſt, impari numero differens, quæ, & quanta dixerit *ad Fortunatum*, liber illius teſtimonio eſt) Notarat fortè quiſpiam in margine contra Cypriani nomen hæc duo verba, *ad Fortunatum*, vt indicaret locum, vbi Cyprianus de numero ſeptenario ſcripſerat; ſed temerè ab imperito librario in contextum relata ſunt, nec ſuo loco poſita. Cæterùm quod in Scholijs huius loci aſſeritur, libellum de exhortatione Martyrum ad Fortunatum Hilarij eſſe, & non Cypriani, additurque Fortunatum Hilarij amicum fuiſſe, atque ideò vitam eius (vt Trithemius notauit,) aut filiæ eius, vt hic Scholiaſtes extare dixit, ſcripſiſſe, vt cætera taceam, ducentorum annorum ferè inter Hilarij, Fortunatique ætatem ſpatium facilè cuiuis oſtendit merum ſomnium eſſe. Præterea eodem ipſo Hieronymo teſte probari poteſt, Hilarium huiuſmodi libellum non ſcripſiſſe, cum diligenter eius ſcripta ſingula nominatim recenſeantur; & nulla eius libri mentio fiat. Huc accedit, quod Hilarij tempore, cum iàm Principes Chriſtiani eſſent, nulla poterat fingi occaſio, quamobrem ad Martyrium quemquam animari oporteret. L

In Argument. Orthod. & Lucifer Dialog. Teſtis eſt in decimo Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ libro Euſebius) Falſum aſſerit: non enim Euſebius; ſed Rufinus id ſcripſit. L

In Dialog. Voluntatis ſuæ arbitrium liberum vnuſquiſque ſit præpoſitus) Voluntatis ſuæ arbitrium liberum vnuſquiſque præpoſitus. F

Vt puta Marcionitas, Valentinianos, *Montenſes*, ſiue Campitas) Hi non Montaniſtæ, ſed Donatiſtæ fuerunt. Non igitur à Montano Romæ ſic dicti Donatiſtæ, vt docet Opt. lib. 2. Aug. epiſt. 165. tom. 2. & de hæreſib. tom. 6. hær. 69. vbi etiam Cutzupitas, & Rupitanos eoſdem vocat, & ijdem fortè ab Hieronymo Campitæ dicti ſunt, ludente in nominum diſſimilitudine. L

In Scholia Mariani Victorij.

In Catalogum Ignatius. Incorporale legendum eſſe, hoc eſt ἀσώματον, non corporale) ἀσώματον habent Codices græci, quos vidi. L

Perperàm legebatur antea) Quamquàm coniunctionem habet Sophronius; non perperàm tamen abeſſe poteſt. L

Aduerſ. Heluid. Infructuoſam arborem priùs dixit, quod fructu careret; nunc etiam folijs infœcundam appellat. quæ alluſio nequaquàm reſpicit ficum, cui Dominus maledixit, vt putauit interpres; cum illa folijs eſſet onuſta) Expeditiùs videtur lectionem corruptam ſuſpicari, atque *fœcunditate* legendum, particula enim negatiua Scriptoris inſcitia iterata eſt, ex poſtrema littera præcedentis aduerbij. Exemplum autem ex Euangelio ſumptum vnum eſt non plura. L

Hinc conſtat, eo tempore, quo Chriſtus paſſus eſt; Ioſeph virum Mariæ iàm extremum diem obijſſe.) Quaſi probet hoc Hieronymus, & non potiùs refellat, cum nuſquam appelletur vidua ab Euangeliſtis. L

In lib. 1. Cont. Iouinian. Ob fidem translatum fuiſſe Enoch, non ob coniugij meritum) Si conferes hunc Hieronymi locum cum verbis Chryſoſtomi hom. 21. in hunc Geneſis locum, induces fortaſsè animum, vt credas Hieronymum tanti viri auctoritatem eleuare voluiſſe, atque id vnum tacitè ſpectaſſe, nè quis viri Sancti auctoritatem ſecutus ſententiam ſuam minus probaret.

In lib. 2. Contr. Iouin. Olim fœdo errore pro Sectatores, Rhetores apud Batauum correctorem legebatur) Quid ſi ῥήτορα apud Porphyrium, vndè hæc omnia ſumpta ſunt, legatur? L

In Epiſt. 61. Vbi ſedente iàm Cornelio Papa, quorundam maiorum hominum fauore cathedram inuaſit) Quicquid Pacianus de Nouato ſcripſit ex Cypriani epiſtola ad Cornelium n. 8. lib. 2. mutuatus eſt; ſed nuſquam ſcripſit Pacianus,

cianus, niſi, quod verum erat, ideſt, Nouatianum Romanum Presbyterum Cathedram Pontificalem inuaſiſſe, furtim ordinatum Epiſcopum à Nouato, & paucis ſchiſmaticis, qui præter Nouatum ad Eccleſiam rediere. Mirum autem videtur non legiſſe hæc Scholiaſten! L

Non enim ſpernenda eſt tot peritiſſimorum hominum, quales ſunt LXX. totque etiam temporum, & ità vbique terrarum peruulgata expoſitio) At LXX. habent Ἤ ἐν πέτραις ἐγγλυφῆναι

In epiſt. 89. Phalarica genus eſt teli, quæ inſtar haſtæ, valido præfigitur ferro, lato pedes tres, Vegetio teſte) Nihil tale ſomniauit Vegetius, qui lib. 4. cap. 18. eam deſcripſit. Liuius autem lib. 21. ferrum longum tres pedes habere ſcribit. L

In epiſt. 104. Alcæus Athenienſis fuit) Mitylenæus verius puto, de quo Herod. 5. & Laërt. in Pittaco. L

In Epiſtolas D. Hieronymo falsò aſcriptas. Cenſura Mariani Victorij.

Auguſtini ſtylo ſimilis eſt XXI. quæ de celebratione Paſchæ eſt) Verè ſimilis, quia eius ipſius eſt, vt ipſemet lib. 2. Retract. cap. 20. teſtatus eſt; ſed quia non præferebat Auguſtini nomen, vt ibidem ipſe annotauit, idcireò, vt incerta, ab alijs aliorum operibus inſerta. L

In Suſannam lapſam obiurgatio, docta quidem, & erudita epiſtola eſt) Ambroſius eandem habet integram ad Virginem lapſam. L

Tertulliani autem ſtylum habet epiſtola ſexta, quæ ad amicum ægrotum inſcribitur) Quanquàm ſuus cuique palatus ſapit; eſt tamen prudentis rationibus certis niti. Tertullianus nuſquam Eccleſiaſtici libri Ieſu Syrach vſus legitur teſtimonio. Auctor autem ſextæ epiſtolæ & eius libri teſtimonio vtitur, & eius auctorem Salomonem facit. Quare nec Tertulliani hæc, nec ſeptima Maximi videtur; ſed eiuſdem ambæ auctoris ſunt, qui poſt Ambroſium floruit. L

Quæ *celebria*, ideo ſolent apponi; vt vel pretioſius venundentur) celebribus. F

Ep. 7. Sed miro modo, ad *medicum*, vt ipſe ait Dominus, loquitur) mendicum. F

Ipſius ſiquidem vitium eſt, ſi subiectus paſſus ſit eſſe ſubiectus) non. F

O quàm *anguſta* eſt hæc diuina cogitatio!) auguſta. F

Ep. 17.) Auguſtinus Serm. 191. de Temp. habet hoc idem integrum. L

Ep. 20. Iratuſque *eſt* Dominus, cur in ipſo deitatis contemneretur operatio) < F

Ep. 21.) Hæc eſt epiſtola 119. Auguſtini ad Ianuarium de ritibus Eccleſiæ tota nè verbo quidem addito, aut mutato. L

In Catalogum Illuſtrium Virorum Gennadij.

Sabbatius Gallicanæ prouinciæ Epiſcopus) Hic idem à Hieronymo in Catalogo Sœbadius vocatur. In Concil. Valent. Fegadius, & in opuſculo nuper edito contra Arianos Fœbadius, vel Phœcadius. Vide ſupra in Conc. Valen. p. 121. L

Cæleſtinus antequàm ad Pelagium concurrerot) Cæleſtius.

Caſſianus &c. Scripſit aduerſus *Neſtorem* de Incarnatione) Neſtorium. F

Philippus Presbyter &c. Legi eius, familiares epiſtolas, & valdè *falſas*) ſalſas. F

Obſeruationes, Coniecturæ & Correctiones in Q. Septimium Florentem Tertullianum, & Adnotationes Pamelij.

Editio Pariſienſis ſub Scuto Baſilienſi. 1583.

Latinus Latinius Viterbienſis Studioſis, S.

EOrum exempla ſecutus, qui rei litterariæ induſtria ſua, & lucubrationibus benè conſultum eſſe voluerunt, cum aliquot celebrium Scriptorum monumenta, tùm maximè Tertulliani eo conſilio perlegenda ſuſcepi, vt quantum diligentia, ſtudioque poſſem, nonnullas macuias, quæ poſt Iacobi Pamelij, viri eruditiſſimi emendationes, explicationeſque reliquæ adhuc eſſe mihi videbantur, plurimoſque torquebant, abſtergere conarer. Et quia ſcriptorum codicum præſidio carebam, id vnum mihi in primis cauendum eſſe ſtatui, nè quid in re difficili, maximeque lubrica mihi temerè ſumerem; ſed coniecturas tantùm meas eruditis viris (quorum ſeculum noſtrum fœcundiſſimum meritò prædicatur) conſiderandas, expendendaſque proponerem. Quod meum conſilium (ni fallor) modo æquus iudex, nemo reprehendet; cum eà quæ mihi aliter commodiore vel ſententia, vel numero legenda viſa ſunt, niſi prius doctorum virorum ſuffragio probatæ fuerint, recipi nullò modo poſtulem. Sunt tamen quædam ità, fœlici coniectura reſtituta, vt planè ſperem doctorum aſſenſionem inuentura; quædam verò etiam tàm neceſſaria ad Tertulliani ſententiam abſoluendam, vt ipſa, ſi ſuo iure admitti ſe poſtulent, facilè id impetratura confidam. Feci ergo bona fide, quod potui. Superſunt tamen adhuc multæ, difficileſque ſalebræ, quæ eruditorum induſtriam, opemque deſiderant, atque implorant, quibus aliquando ſublatis, priſtinus Tertulliano nitor inſtauretur. Ad quam rem peragendam, ſi hiſce meis propoſitis coniecturis eruditis viris aliquod calcar additum ſenſero, conſilij mei me, votique compotem, vel cumulatè factum eſſe gaudebo, eoque nomine me Deo maximas gratias agere debere, palam profitebor. Inter meas autem coniecturas, ſi quæ hac nota P. C. ſignatæ erunt, ſcitote eas Petro Ciaconio Toletano, viro non vulgari eruditione, ac peracri iudicio prædito, acceptas eſſe referendas, ne quem merita ſua laude fraudem, hominiſque mihi, dùm vixit, coniunctiſſimi, poſt mortem etiam memoriam, vt gratis, celebrare non deſinam. Valete. Romæ Kal. Nouemb. 1584.

Quam-

Quamuis (Lector) hæ correctiones in Tertull. poſt Pamelium, viuente Latinio, editæ ſint Romæ per Franciſcum Zannetum an. 1584. attamen, cum Auctor tunc lumine careret, aliorum ope indigebat; ideoque multis mendis ſcatere illæ videntur, præſertim in localibus citationibus. Inſuper Correctiones nudæ ibi ponuntur; at hic cū periodis mendoſis ſcribuntur, quibus appoſitis Correctionibus elucidatur verborum ſenſus. C. Macrus.

Paradoxa cum Antitodo Pamelij.

Num. 1. S. Cyprianus lib. de Diſcipl. & Habit. Virg. n 54.) Cyprianus non videtur poſſe in huius ſententiæ communionem trahi; nihil enim de coniugio, aut amore fœminarum deſertoribus Angelis tribuit, nec cap. 6. Gen. de filijs, aut Angelis Dei vſquam interpretatus eſt, vt Tertullianus, & Lactantius. L

Num. 3. De anima primi hominis ex materia Dei) An non limus terræ materia Dei erat, ab ipſo, non ab alio ex nihilo creata? Homo autem ex terra fictus; anima vero ex flatu Dei. Quarè nihil hìc materia aliud, quàm corporis fabricam ſignificare videtur.

Num. 6. Animam peccatricem potius, quàm carnem) Et hæc ràm catholica, & vera ſententia videtur eſſe, vt ſi quis contrarium aſſerat, manifeſtò hæreticus cenſeri poſſit; niſi enim voluntas, quæ animi, non corporis potentia eſt, acceſſerit, non poſſet peccatum perfici. Caro autem Tertulliano nudum miniſterium peccato præſtans non omninò à peccato immunis cenſetur. L

Num. 18. De amentia) Vereor, nè quid ſit Tertulliano amentia ſatis noueris, quod. lib. 4. c. 22. aduerſ. Marcion. auctor ipſe explicauit. L

Num. 31. De Trinitate) Ad hunc locum non videntur ſatisfacere quæ hic ſcribuntur. Quare cum nec à Philaſtrio, nec ab Epiphanio, & Auguſtino Tertullianus eius hæreſis notatus fuerit; probabile eſt ab Arianis multa furtim addita eo in loco fuiſſe; cum præſertim manifeſtè fateatur Tertullianus alibi Filium coæternum Patri. L

Ex Libro de Pallio.

Cap. 1. n. 3. Hæc, & *annona, & otia* ab imperio) annonæ otia. P. C.

Num. 16. Quæ muros frangere *militat.*) minitat. P. C.

Cap. 2. n. 22. Dùm & flabris æquè mutantibus de tranquillo *probum*) pronum. L

Num. 24. Fluminum vix *obumbrando.*) obambulando. L

Num. 27. Et *ſolus audiebat*) ſolum exaudiebat. Id enim fertilitatis encomium Oſeæ c. 2. in fine. L

Num. 32. Denique ſi quid mare diluit, cœlum *texit*) aduſſit. P. C.

Num. 33. Nàm *primitùs* maiore ambitu terra caſſa) & primitijs. L. Sic & maiorem partem dixit Cic.

Cap. 3. n. 49. Ridebis illicò audaciam, *& Græciam* nominis) egregiam. L

Ibid. Molitur inceſſum ſtupens, *& promonet*) nec. P. C.

Num. 53. *Digublaſſe* ouiculam.) Delibraſſe. L

Num. 55. Sed *quoniam* & arbuſta veſtiunt) quod iam. L

Num. 57. Proindè *ſi necaueris, animata* iàm ſtamine aluo) ſe necat exinanita. Locus obſcurus, & corruptus amplius expendendus. L

Cap. 4. n. 60. Nec veſtis; tamen admodum Græci eſtis. Annè ità eſt) Nec veſtis tantùm? Admodum Græci eſtis: an non ità eſt? L

Num. 63. Græcarim *depallari* magis) depalari. L. vnica. l. non gemina.

Ibid. Fidem tempori, natura Deo*) debet. L. ità poſtulante ſententia.

Num. 65. Monſtrum *equidem* geminum) & quidem. L

Num. 70. Cum vnguentis *offenderetur*) offunderetur. P. C.

Num. 81. Et *vt* mollius, ventilante ſerico, extinxit) Velut mollius, ventilante ſerico, reſtinxit. L

Num. 90. Et ſellas quis in publico quoque domeſticè, ac ſecretè habebantur) Et ſellas, queis in publico quoque domeſticè, ac ſecretè vehebantur. L

Num. 93. Quantò *tunc* magis arguas illud, *&* vrges oculis) tu. L. quod. L

Cap. 5. num. 96. At enim pallio nihil expeditius, etiam ſi duplex, quod Cratetis more nunquàm veſtiendo componitur) At ſi pallio nihil expeditius (etiam ſi duplex quoque Cratetis more) nuſquam &c. L

Num. 97. Vno circumiectu, licet equidem nuſquam inhumano) Vno circumiectu, licente quidem, nuſquam inurbano. L

Num. 10.. Vedius Pollio ſeruos murænis *inuadendos* obiectabat) mandendos. P. C.

Ibid. Sæuitia *delectatio* teneræ beſtiæ excedentulæ) delectatus. L. Tertulliani fortè error.

Ex Apologetico.

Cap. 1 num. 17. *Dinumerant in ſemetipſos* mentis malæ in pectus) Deonerant in ſemetipſos. L

Cap. 2. num. 22. Sed illud ſolùm *expectatur*) ſpectatur. L.

Num. 23. De nobis nihil tale, cum æquè *extorquere* oporteret.) extorqueri. Frob.

Num. 27. Sic enim ſoletis dicere, *homicidas negatis laniari iubere*) homicida nega, laniari iube. L

Num. 33. Quæ malunt *credidiſſe*) credi eſſe. L

Cap. 3. num. 38. Quæ mulier? quàm laſciua, quàm feſtiua.) Qui iuuenis, quàm laſciuus, quàm amaſius. V. C. Ful. Vrſin.

Cap. 7. num. 91. De Sacramento infanticidij, *& pabulo indè*) de pabulo crudæ. L

Num. 99. Prouocabant, dùm diuina ſeruantur) Prouocabunt; dùm diuina ſeruatur (*id eſt, animaduerſio*) L

Cap. 8. num. 108. Obſeruandum *vtique ſibi.*) itaque tibi. L

Cap. 9 num. 146. Cuius vbique *ſaltus* fa[illegible]ile) ſatus. L. Seritur enim libido, quia ſemen e[illegible]. L

Cap. 11. num. 172. Quem *neminem* integrum à crimine) Nè enim &c. negaueritis? L

Cap. 12. num. 181. Certè quas Libero, & Cybele, & *Cereri* applicatis) Cæleſti. F. C.

Cap. 13. num. 190. Vt quiſque *dominus* expertus eſt v domeſticam) Dominum. L.&.L

Cap. 15. num. 233. *Spoliarent* forſitan ea, & ipſi.) Polluerent. L

Cap. 17. num. 257. Et ſanitatem ſuam *patitur*) potitur. Aliàs

Cap. 18. num. 271. Ità in græcum ſtylum *ex aperto monimenta*) excrta. Monumenta. L

Cap. 21. num. 302. Profitentibus vobis quoque fortaſsè: an hoc nomine) Profitentibus nobis quoque; fortaſsè an hoc nomine. L

Num. 305. *Deriuantes* à diſciplina in prophanum modum) deuiantes. Ità reperi in M. S. Ful. Vrſ.

Cap. 22. num. 353. Poſt quæ deſinunt lædere. *&* curaſſe credantur.) vt L

Cap. 23. num. 356. Vt à templis Deos *exiſtimetis*) æſtimetis. L

Cap. 27. num. 426. Præterquàm *&* deſperata conditio) quod. L

Cap. 30. num 445. *Sic* itaque nos ad Deum expanſos) Si. L

Cap. 31. num. 449. Itaque nolumus experiri, & dum pecamur) Ità, quæ nolumus experiri, ea dùm precamur. L

Càp. 35. num. 467. Scholæ *beſtiarum*) beſtiariorum, vel beſtiarium. L

Cap. 38. num. 495. Cum & ipſis rebus, de quibus tranſiguntur præterſumus) Cum de ipſis rebus, de quibus exiguntur, præſumimus. L

Cap. 40. num. 534. Et ſi qua illic arborum poma *conantur*) oriantur. V. et. O.

Num. 541. Balneis, & cauponis, & lupanaribus *operati*) operantibus. Ita M. S. Fulu. & Putean.

Cap. 41. num. 543. An *ne* illi iniquiſſimi.) non. L

Cap. 45. num. 567. De diuina lege, vt antiquioris formæ mutuatas) De diuina lege, vt antiquiore, formam mutuatus. L

Num. 568. Et aliquando contemnere ex *voluntate*, vel neceſſitate) inuoluntate. L

Cap. 47. num. 597. Quæ *diſſimilitudine* fidem infirmarent) de ſimilitudine. Fulu. Cod.

Cap. 48 num. 607. Quis, inquam, beſtiam reformari vidit) Quis in quam beſtiam reformari videatur. Ful. & Puteani Codd.

Num. 608 *Eo quod omninò de iudicio Dei pati debent*) < O.

Num. 610. Qui tantum corpus hoc *mundi* de eo) mundo. L ſequitur enim impoſuit.

Ibid. Fructus *conſummantur*, & redeunt) conſumuntur. L

Cap. 50. n. 617. Ergo inquitis cur *quærimini*: ſi vos inſequamur) querimini. L

Ibid. *Si* pati vultis? cum diligere debeatis) Quod. L

Num. 619. Sarmenticios, & *ſemaxios* appelletis) Semaxios, vel Semaxarios. L

Num. 622. Aliqua Carthaginis conditrix rogo *ſe* ſecundum matrimonium dedit.) < L

De Teſtimonio Animæ.

Cap. 1. num. 1. Si quis velit ex litteris *receptiſſimis quibuſque*) Receptiſſimi cuiuſque. P. C.
